



# Expostulatio iustitiae cum mundo a? Belial instigato

<https://hdl.handle.net/1874/428521>

Je

2



# EXPO.

STVLATIO IVSTITIAE

*cum mundo à Belial instigato,  
per dialogi modum à  
Iob Galt con=  
scripta.*

*In qua presens haec vulgi & prin=  
cipum tragœdia nonnihil  
attingitur.*

ANNO. 1. 5. 25.



# GENERO-

SO DOMINO MARCELLO, AB  
stauffem, Baroni ex Erenfelsß, domino suo  
multum obseruando, Iob Gast felicitatem  
exoptat.



VM semper in  
credibili amore  
felicissimam hęc  
tuam ingenij ue  
nam, morumq;  
grautatem, ge  
nerose Baro, su  
spexerim, atque  
planè deperie  
rum, nihil per  
inde est in uotis,  
quàm ut reuera generosa hęc tua indoles, aliquando siue  
per me, siue alios (quibus ego forte uix dignus forem uel  
porrigere, ne matulam quidem) nostrę tempestati dare  
tur commendari, id quod & dudum egissem, si uel modica  
ca se se

2  
ea sese obtulisset oportunitas. Præsertim quod tu inter  
primos curæ meæ supellectilis, cœperis gustum, meaq;  
præcepta ( quæ licet non immerito parum uel nihil apud  
cordatos quosq; habeant pöderis) delibaris. Tum à fami-  
liatua crebrius atque liberalissime exhibita humanitas,  
hoc ipsum uel cum primis ut aggrederer, persuadere po-  
tuerat. En igitur quæ ( nescio quàm fausta) se tandem ob-  
tulerit oportunitas: Quippe cum nuper nescio quæ fato-  
rum inuidia, me pariter & tibi et Musis subduxerat, atq;  
ita, ut partim Marte, partim & alijs rebus, irretito, uel  
ad te uel ad Musas redire, neutiquam liceret. Cunq; inte-  
rim omnibus Musarum delitijs, sic miser eram defrauda-  
tus, adeo, ut nihil fermè adesset, quod otij tædium, aut fallere  
aut profligare potuisset. Hic arrepto calamo, difficiles  
rerum humanarū fluctus atq; ambiguos nostri æui casus  
perpendens, cœpi hæc quantulacunq; chartis illinere, ne  
scilicet penitus turpi otio, cui discinctus indulgeo, frena  
laxarentur. Non eo quidem animo ( ut ingenue fā-  
tear) quòd uel unquam arbitratus sim, has meas nugas,  
sordidissimis potius dignas latrinis, in publicum edēdas.  
Porrò dum mos gerundus erat amicis, qui non desiste-  
bāt, donec id ipsum extorquerent. Atq; alieno potius quàm meo  
stomacho inseruiendum, longe secus, quàm destinaram,  
hoc cessit. Idcirco libuit tui amore, mirum in modum cor-  
rupto, hoc quicquid est nomini tuo consecrare, tuo ut au-  
spitio in lucem eat. Nec est quod usq; adeo timeã ijs meis  
nenijs à tineis & plattis, qui sciam, quàm nihil momenti

habituræ sint coram doctis, qui forte infelix hoc meum esse  
inuentum causabuntur, ac philautia deceptum in publicum  
didisse. Nihil illic esse fateor, quod marcescentem sto-  
machum reficere possit, cum omnia (ut de me ipso parum  
per recedam) hic iaceant ac frigeant. Collibuit tamen, cu-  
linam meo potius palato gratam præparare, non enim  
usque adeo curæ fuit, quam diserta, sed ut quam maxime ue-  
re scriberem, id quod emunctæ naris lector per se facile  
æstimauerit. Proin tuum iam patrocinium efflagitare non  
ausim, cuius ingenium infelix ille, Musarum pernitias, Ma-  
uors aliorum sum nunc flectit. Hoc etenim reor abunde satis  
gnauiter, clientuli huius partes tutaturum, quod non doctis,  
quin meæ potius farinæ hominibus scripserim. Tibi igitur,  
non tam stigmatibus, quam animi integritate, Gene-  
rose Baro, hos primos ingenij mei foetus dicatos uolo, in  
quorum partu (si bene memini, non enim ad clepsydram  
scripsi) non multo plus triduo absumpsi, quo fit ut eo mi-  
nus me habeat sollicitum, etiamsi semel intereat tam in-  
cultus atque exiguus labor. Tantum abest ut suggillatores,  
Momos, qui alioqui nihil non calūniantur, timere queam,  
nemini enim unquam contigit omnibus placuisse. Nihil idcirco  
contatus, uela uentis committo, cum nihil sit usquam quan-  
tumuis bene dictum, quin male dicendo deprauari queat, ca-  
numque latratibus pateat. Vale familiæ tuæ futurum de-  
cus, clarissime Baro, atque cura, qui nunc ab equis ad as-  
inos deuenisse uideris, te ut Musis quam primum restituas.  
Ex bosphoro, Francorum.

3

ΒΡΑΧΥΛΟΓΙΑ ΟΡΥΣΧΥΛΙ  
ΤΟΤΙΥΣ ΕΛΕΝΧΥΜ  
ΟΟΡΕΗΕΝΔΕΝΣ

**I**USTITIA, ceu stercoribus sepulta, ab omnibus se desolatam deplorat, atque de iniurijs cum mundo ex postulat, eo, quod non sit qui eam aut erigat aut amplius colat. Belial porrò, strenue id ipsum scili. ei ne contingat, mundum exhortatur, corrumpendo eum, uoluptatum quibusdam illecebris, quibus, sublata iustitia, mundus interim frui queat. Nec surdo recitat fabulam, mundus siquidem conditionem non recusat, nec eius pro uirili, partes, defensitare destitit, donec iustitiam ( cui coelitus interceptum dominium restituitur ) se se erigentem, Belial dein in fugam adigi, conspiciat. Mox respiscit, iustitiæ conspectibus se ultro offert, atque ueniã precatur. Postremo in tres classes se ut seungat iustitia iubet, omneis dein omnium Christianorum ordines, eorumq; quæ sint munera, gradatim attingit, ac de contumelia ei illata, cū eis deinceps ex postulat, ita tamẽ ut nihil à nero recedat, neutriq; parti uideatur accedere.

**E**heu tandem semiuiva infelix ego expergiscor. O he  
 quæ sum, quæ mihi patria, aut ubi pristinae integri-  
 tatis nitor, aut ubi mea suffragia amplius qui colat?  
 Proh dolor, nusquam est, qui me tam miseris modis, in  
 hæc stercorea deuolutam, ne erigat quidem, ne dicam uete-  
 rum more colat, huc illuc circumspectans (cæcalicet) uideo  
 nusquam, qui deiectæ opem ferant. Atq; subinde quanto  
 magis magisq; circumspectio, arumnasq; meas mecum ipsa  
 reputo, uideo sanè nullum mihi esse nec membrum qui-  
 dem, quin ut distortum deliret. Quare ò Spectatores, ob-  
 secro, obtestor, atq; ressecro si uel unū uestra ingens hæc  
 fouet caterua, qui meo ultra nomine delectetur, cuiq; sim-  
 cordi, ut pdeat, emergat, seq; ocys moueat, porrigendo  
 miseræ atq; cōtemptæ auxiliatricem manum. Nullū si qui-  
 dem possideam amplius membrum, quod suum officium  
 agat, cuiusuc adminiculo memetipsam possim in hæc ster-  
 cora demersam expedire. Quare adeste obsecro iterum  
 atq; iterum, atq; denuo si licet. Proh deum atq; hominū  
 fidem, nemo est qui erumpat, se accingat, explosæ ferre  
 auxiliū? Ni se moueāt alioqui instar testudinis, ò magna  
 fulminantis Iouis manus ad sis tu desertæ, tu ex alto olym-  
 po me omnibus modis sic spretam, uindicta: tu fac ut cultus  
 meo pristinus restituatur nitor. Tu solus siquidē es, qui è  
 summo olympto mittendo fulmina ac tonitrua, impiorum  
 pertinaciam atq; corda delinire disperdere uē possis, ut  
 non

non secus, quàm cera à facie ignis, et ipsi mei desertores  
coram te percant.

Psal. 57.

Psal. 67.

Eccl. 9. 5.

Miche. 1.

## M V N D V S.

**S**entio sentio me audire (idq; iam diu adeo, ut ferme  
Sperthesum sit) nescio quem lugubrè uocis strepitum.  
Adpropero igitur tam ad miraculū usq; molestæ uo-  
cis causam exploraturus. Siquidè triduo iā nunquā desti-  
tut magis magisq; sollicitū capere. Prom uirū præstabo,  
accedo huius tam querulosæ uocis rationē expiscaturus.  
Atq; tu Christe precor, mihi adsis tua castra defesuro, cu-  
ius instar sacræ anchoræ, passionis trophæo me iā munio.

## B E L I A L.

**A**ge uir sis, nostrū enim iam regnū sentio pericula-  
ri. Senuio adesse iustitiā, quæ à condito mūdo mihi  
infausta esse nunquā destitit. Proin tu uide apud te  
ut sis, ne nostrū hoc regnū tot iam seculis (te scilicet aspi-  
rante) stabilitū, patiatur interitū. Atq; ego interim tum  
frequens tibi adero in sufflando, quid te loqui potissimum  
expediat. Mea siquidem res nunc agitur.

## I V S T I T I A.

**D**ij boni, boni quid audio, quā feliciter me huc appu-  
li. quæ hic mēcio sit Christi, eiusq; crucis, cuius opi-  
nabar mundū planè esse in expertē? O faustū atq;  
felicē hūc diē, si modo uera sunt quæ hic loquitur. MVN-  
Hui, quid audio Christicolam? næ certe ea est, quæ hoc tri-  
duū suis querelis absūpsit. Accedo igitur, alloquar, uerū  
tu quisquis es, ex toto cælo erras, frustra q; ita gratularis,



EXPOST. IVSTITIAE

*si animū Christiani, & non uerba requiris: fidem & nō  
 potius fucata opera. Quod si pergere uolueris hoc esse  
 animo, quā huc te feliciter appuleris, tu uideris. Verum  
 quid diutius moror alloqui? heus tu, quæ tu es? quæ hic  
 perpetuo clamitas, atq; nobis nusquam desistis esse mole  
 sta, non respondes? eloquere. IVST. O salue, quā rā-  
 ram te auiculam meis in castris, leto nunc animo conspici-  
 cor, in hæc stercora licet deuoluta iaceam. MVN. Quæ  
 tu es quōc nuncuparis nomine? IVST. Mihi nomen est  
 iustitia, quam hic uides horrendo Dei iudicio sic prostra-  
 tam, atque te non ob aliud accersire feci, quā me inde  
 ut erigas. BEL. Caue sis tibi hoc persuadeat, nempe eam,  
 ut cleues, cōtinuo enim actū esset de nostro regno. MVN.  
 Te ut erigat belua interpellare audes, ut qui quæ sis igno-  
 rat? BELIAL. Probe, sic eam incessere maleuolam per-  
 ge, ut cui tantopere cordi sit regni nostri interitus. IVST.  
 Hoc etenim facile, atq; citra iusurādum tibi crediderim,  
 hoc enim dudum experta, idq; maximo meo damno, non  
 enim hunc in modum in hæc stercora prostrata iacerem,  
 ni tu mei ignorantia tantopere laborasses. MVN. Quæ  
 tutandem es male sana? aut quæ penes te autoritas, ut  
 tui ignorātia tantopere obesse possu generi humano? BELI-  
 AL. Pulchre. IVST. Vide tu obsecro ut distorta sit facies,  
 adeo ut ne scintillula quidem iustitiæ præterea reluceat,  
 age igitur, cape quibus cimmerijs tenebris ne dicā Aegyp-  
 tiacis fueris obuolutus. MVN. Odiosa pergis ne latius  
 linguæ tuæ uirulentia petere, quæ tamē sis ignota nostris  
 fimbrijs*

finibus? BEL. Bene agis, nec cessa, donec ei subducas hanc loquendi libertatem. Siquidem si quid potest modo lingua, nihil non molitur, nullum non mouet lapidem, nullis deniq; non utitur machinis in regni nostri exitium.

IVS. Quam ignota tibi fuerim, hoc supellectilis meæ iactura satis experta. MVN. Mirum, qua tu fronte à me opem expectare ausis, cum te erecta nusquam possem solito more fero meo gaudere. Ohe stolidi, quæ tibi supellex, quæ ædes, aut quos deniq; parentes tu stercoreibus re-ferta possideres? IVS. Fateor me amisisse nunc & rē & nomen, ut quam tam angusti nunc capiant anguli, cuiusq; copie sic in angustum sint redactæ, ut omnibus ex æquo displiceam: omnibus sim ignota, odiosa, ingrata, multis deniq; modis spreta hic iaceam. MVN. Argillo-quum animal, an perpetuo te sic putas dicturam, poteris ne: sribiligino se orationis tuæ tandem imponere finem?

IVS. Possem utiq; idq; paucis, nempe meum tibi munus perstringere, ni indignitate rei tantopere comotæ, iã uti Laconismo non liceret: tamen utcunque male satiata mente, paucissimis quibus potero, rem ipsam, measq; ærumnas eloquar. MVN. Mastigia, neq; dum garrulitati iniectis capistrum, quæ tandem sis, paulo apertius eloquere. IVS. Iustitia nunc per usq; licet, tamen in hæc stercorea prostrata, atq; omnium ope desperata, neq; quæquam querulosa hac uoce iam diu assecuta, iaceo, non est, qui me erigat, instar sexagenariæ è ponte præcipitatum.

MVN. Flagitij stabulum. BEL. Reuera. MVN.

A ; Quid

EXPOSIT. IVSTITIAE

Quid rogem non accipis, rogo enim quae sis, è quibus parentibus, quibusve oris, quaeque tua tandem sit autoritas. Ad haec si sobria es, responde. IVS. Dispereã, ni litore (quod aiunt) surdior sis. Soles autem efflagitate hoc tua natura plerumque surda (quod aiunt) aure praeterire, quod factum non est. Porro iustitia nuncupor, satis ne aperte tribuens unicuique, quod suum est. Intellexisti ne iam nunc quae sim, quod ue molar? MVN. Hui, non dum habes sentio, ut nihil illic habeat loci tuum nomen, praesertim si tale quid exegere non ueretur. Dudum enim omnium calculo haec lex, quam tu nunc instaurare uenis, ut impia, est damnata. Vi deo enim apud te sanctius esse dare, quam surripere, id quod ex diametro nobiscum pugnat. Hodie etenim praclarum hoc esse apud nos coepit, non modo non in proximi commodum sudare (ad quod omnes licet simus creati) reddere unicuique, quod suum est. Verum etiam, quod peregrino labore partum, impie deuorare atque surripere per fas et nefas, quod suum licet non sit. BEL. Nonne dudum hoc dixi, eam conari: en ut iniqua sit nostro regno, quod tue modis eius sitiatur cladem. Virum igitur praesta, res ipsa enim ex postulat. MVN. Terrae podus, quae tu somnia nobis occidit? BEL. Scilicet, res ipsa enim loquitur, non alioque haec stercorea tantae maiestatis domina inhabitaret, quae etiam extremae fortis homines execrantur. IUST. Sum, inquam, ea, quae sic miseris abs te modis lacerata hic iacet, quam tu eminus atque cominus impugnare non cessas: ut omnem mittam interim illos, qui se hodie sub Religionis specie uidentur:

Act. 20.

ditant: quot modis & hi meum nomen ubiuis labefactent.  
 Cam tamē uulgus iustitiæ ceu thesaurum penes illos recō-  
 dūm esse persuasum sit: quod utinam uerum esset: pro-  
 mitebam enim & ipsa perpetuum illic mihi hospitium.  
 At longe secus, quā opinata sum cesit, à nullo enim ho-  
 minum genere æque excludor, atq; sedulo me eiecta, ia-  
 nua amat limen. MVN. Pergin scelestam mecum sic lo-  
 qui, num ignoras, q̄ potestatem habeam crucifigendi te,  
 sic loqueris pontifici? IVST. Hæc nimirum crucifigē-  
 di potestas penes te neutiquam esset, nec sic oppressa ta-  
 cerem, ni cœlitus tibi hoc ipsum foret cōcessum. Verū nō  
 me fugit, quo tu instigatore hæc loquaris. BEL. Vir  
 sis, nihil tibi sinistri de me persuaderi sinas, non enim de-  
 ero, tuas quoq; partes defensurus: nosti enim eam mihi es-  
 se hostem, huncq; planè irreconciliabilem. MVN. O  
 bis ter quaterq; infausta, quis te huc ferre pedem coegit &  
 male, crede mihi, tecum agetur, si perges hoc esse, quo cœ-  
 pisti animo. Tot retro sæculis non undiquaq; male audis-  
 se nomen tuum, nemo est, qui inficias eat, apud Gentiles  
 scilicet. At inter Christianos longe nunc alia est ratio, &  
 maxime inter Germanos, apud quos summum ius, sum-  
 ma nuper esse iniuria cœpit. Cogita tu, in Orci familia o-  
 mnes olim tibi amicitiae glutino deuinctos, dudum numera-  
 ri, neq; superesse quenq̄, nominis tui suffragijs ultrà qui  
 ducatur. Proin, si me audies, ab hinc adornabis fugā, idq;  
 cuius, quā palam fiat summis sacerdotibus, scribis &  
 Phariseis te hic esse. Quòd si ergo cōueniū fuerit, non  
 sed

EXPOST. IUSTITIAE

sat habebunt (tibi meam astringo fidem) te sic misere ut  
 cunq; iacere prostratam, quin & funestum mox gladium  
 iugulo tuo inuentabunt. IVS. Bona uerba quae so, ego  
 ne quae Deo sum proxima, tanta suppliciorum discrimi  
 na subibo? atq; id inter Christi sanguine uiuificatos?  
 BEL. Quid clamat bona uerba merita pessima, nō di  
 co iam uerba, quin potius uerbera. MVN. Quid tu, ac  
 si desint hodie, qui Christum uel denuo crucifigendum si  
 tiant. Sentiunt etenim eius se sanguine uiuificatos, atq; e  
 demonum quasi faucibus ereptos, quare nunc rursum  
 quoq; conantur liberari à reliquo iugo Principum suoru,  
 quo uidelicet uberius Baccho uiuificari & suauius uiuere  
 queant. IVS. Perij, quod intolerabile audio portentū,  
 luceq; prorsus indignum. Eheu, quā infausto pede me  
 huc proripui, quo iam nunc me uertam, quōue me conse  
 ram? quando trifurcifer ille, lingua tot conuitorum gene  
 ribus infecta, sic me exagitat. Putaram quippe cum pri  
 mis mihi locum fore inter Christianos, atq; hunc satis tu  
 tum, & maxime inter Germanos, è quibus nescio quos  
 aureos mihi montes pollicebat: mirum enim in modum no  
 minis eorum proprietate haecenus sum delectata. Verum  
 longe me mea fefellit opinio. Quoties itaq; haec me cū re  
 puto, toties me poenitet huc tulisse uel pedem. Enim uero  
 si reuera essent Germani, non esset qd' de hospitio quicq;  
 dubitarem. Tale autem quid, qd' nunc experior, nusquam  
 habet Germanorum, nec fides nec integritas. Quod si  
 porrò Dei iustitia undiquaq; sic male audit, & maxime  
 inter

inter Christianos: non igitur mirum, q̄ & mea sic oppres-  
 sa iaceat, quæ suæ nusquã potest subdi. Sua etenim iusti-  
 tia est Christus, quæ est fides, qua iustificati pacem sortiun-  
 tur nunquam interiturã: Mea autem carnis est, quæ hic  
 dumtaxat se colentes suis suffragijs solet euehere, quæ &  
 cuilibet dici poterit, quæq; d'is d'ic' π'α'σ'ω'p' à sua distat.  
 Cessabo igitur memetipsam amplius macerare. Sed quid  
 nunc faciam, habeo, proripiã me potius ad Thurcas, Sar-  
 racenos, an illic forte miserare pertura sim locum, qui ad  
 pud Christianos est denegatus. BEL. En ut semetipsã  
 insana maceret, usq; adeo regni nostri delicias iniquo ani-  
 mo ferendo. Verum tu nihil contatus, regni nostri partes  
 pro uirili, ut fortem decet, incepta opera defende. MVN-  
 Quid tecum marmuras bestia? quid Germanos, & no-  
 mine, sed nõ re laceras, quando deniq; tuarum nugarum  
 finis, quando odiosa nostram cessas lacerare famam? de-  
 siste, edico tibi, tangere ulcus, simulq; memento non sem-  
 per tutũ fore crabrones irritasse. Quid abi atq; cogita, q̄  
 miserum sit post festum uenisse. IVS. Tu quippe tota  
 erras uia, in hoc tibi ipsi sic æquum esse persuadeas: pu-  
 tas uero tu te perpetuo sic me impugnaturum? quin ego  
 defendendi me clypeo ius obtineam: de sine tu uti ueneno,  
 ego antidoto: abijcito hastam, ego & clypeum abijciendo  
 non deero. Tu igitur cessa amplius ori iniicere capistrũ,  
 adeoq; sic ipsum torquere uerum, atq; malum malo ag-  
 glomerare, quin tuo potius cum temerario, immo impu-  
 dentis simo hoc officij præsta, ne me pergat sic undiquaq;  
 contaminare.

Roma. s.

EXPOST. IVSTITIAE

contaminare. Vetus hoc dictum est: Qui quæ uult dicit,  
 merito uicissim & ipse, quæ non uult, audiet: tua autem  
 te malitia uerum fateri non sinit, quanto alioqui me genu-  
 ino scopo te propius accedere, plenis (quod aiunt) buccis  
 uel dudum personuisses? Verum ut modo dixi, tuate co-  
 git iniquitas aliud loqui, quàm forte cogitas, eo q̄ in rem  
 tuam non faciat. Sic enim solet plerumq; amara te ueritas  
 irritare. Satius tamē multo esse uisum est, tuos irritatum  
 iri crabrones, quàm me in hæc stercora deuolutam perpe-  
 tuo hic iacere. MVN. Iaceas hic usq; licet, consumas  
 q̄ Nestoreos hic annos, nihil moror: faciam enim, ut auxi-  
 lium meum nunquam sentiscas, ne te spe uana lactem: non  
 enim è re mea esse conijcio tibi ferre opem. Proin perpe-  
 tuam, si uisum est, lacunæ istius incolam præsta, nihil inte-  
 rim de meo tibi præsidio persuadens, aut si mauis, pluri-  
 bus plaustris stercoribus refertis, huc aduectis te latius  
 conuoluam. BEL. Caue, caue, ne qua mitior, uolubili hac  
 atq; disertâ huius bestię lingua fias. Nosti enim sapientē  
 cōmoueri ne utiquam debere, inani hoc (eleganti licet) uer-  
 borum strepitu, nulla enim re æque ualent plerumq; imp-  
 bæ mulierculæ, quàm hac procacitate linguae. Vide igitur  
 ne diutius des locum eius garrulitati, sentio enim eius te lo-  
 quacitate propemodum corrumpi. Sed heu heu, quid ui-  
 deo? Væ nostro regno, iam enim labitur, ego hinc me oc-  
 us abripio, tu me, si uisum est, sequere, atq; interim uale.  
 IVS. Nihil moror hæc tua conuitia, nec me tam impoten-  
 ti animo esse credas, ut ob quamuis offensam statim extra

C V M M V N D O .

nomis mei septa p̄silia, utcunq; tu interim uel Orestē insa-  
 nia æques. Nec hūc modo, uerum etiam & stentorē quā-  
 dam uocem audire mihi uideor, adeo ut fermē pertesum  
 sit, tam garrulose atq; nugacis lingue insolentias diutius  
 ferre. Sed quis est, qui me erigit? sentio certe sentio ful-  
 minantis Dei manum non procul abesse. Crura enim pri-  
 stinum uigorem recipiunt. 10, 10, 10, te uindice solo, etiā  
 inuito mundo portisq; inferorum, diutius regnabo, quā  
 uis diu iam, ut imperio indigna fuerim abiecta. MVN.  
 Veh misero mihi, quō me uertam? perij, uideo nusquā,  
 qui uel dextram uel sinistram, terga aut frontispitia clau-  
 dat. Heus heus: Sed quid diutius clamo, solus siquidem sū  
 Ohe iniquissime Belial, ita ne tua iussa capeissentem desti-  
 tuere potes? quem & tuo huc consilio uides adactum.  
 O pestilentissimum animarum uirus, o ter maledicta be-  
 lua, quo me induxti, quo fugiam? cuiusue praesidia iam  
 nunc petam? occidi: uideo, uideo meo dudum calculo da-  
 mnatam bestiam, semetipsam extricare. Væ misero mihi  
 denuo, quot nunc barathra, quot uiarum anfractus, quot  
 praecipitia, quot deniq; sirtes & caues mihi imminere ui-  
 deo? Ohe, ut cerebrum uertigine rotatur, ut acies cali-  
 gat? actum est, quid enim non commerui? tam igitur di-  
 gnā factis recipio mercedē. Sed tu o bis ter quaterq; facta  
 iustitia, sis mihi propitia, atq; mentis cæcitatem illumina,  
 ne ultra ccepta pertinacia numini tuo insultē, & contra  
 stimulos calcitem. IVS. Hui, quæ hæc obsecro, tam re-  
 pentina metamorphosis, qua uel ex atomis alius nūc sis fa-  
 ctus?



EXPOS. IUSTITIAE

Aus? Ohe omnis nequitiae lerna, quid trepidas etiam rea  
 fers pedem atque resipiscis? sentis tandem tyranni tui  
 instare finem? Num putas tu mihi excidisse, quam paulo  
 ante uisus sis immitis, quam male sis consolatus, quot tui  
 conuiuijs onustam reddideris, quot denique nominibus non  
 mini meo calumniā struxeris? Scra igitur in fundo parsi  
 monia, nec est quae uel quicquam te tibi extorturum promit  
 tas. MVN. Ah, utinam data esse mihi uerba, ut ego, nos  
 ses mea iustitia, nihil culpa nec poenae, scio, pernes me sta  
 tueres. Miseris siquidem modis Satanae astutia seductus, con  
 tra te hostilia exercui: persuadere enim uero hoc non de  
 stitit capitalis ille humani generis hostis Belial, hoc ipsum  
 donec impetraret, scilicet ut te destituta, nihil contactus, su  
 as in partes cederem, id quod multis uerborum ambagib  
 ac plaustris, atque nescio quo Gnatonico lepore, uerborum  
 quibus lenocinio, egrē tandem ut facerem id ipsum extorsit.  
 Quippe non omnino dissimili oratione, qua nuper et ru  
 sticorum aliquot myriadas ferro trucidatas orco tradi  
 dit, et me quoque huc uesaniae pellexit: da igitur obsecro, ut  
 uel paulo te mitiorem sentiscam, id quod denuo precor.  
 IUS. Ha, ha, ha. Erga te rursus, ut sim mitis, rogare au  
 des? quam tu me esse putas stolide? nondum enim uentis  
 tradidi, quot paulo ante machinarum generibus iustitiae  
 castra quassaueris. Aut cur tuus iam tibi non adest, te qui  
 sic instituit, ut uerbis tam impudicis me lacerares? cuius  
 nutu nihil non aduersum me loquebaris? Sic ille, inquam, ti  
 bi fac nunc ut adsit patronus, coram summo te iudice dea  
 fensurus.

sensurus. Poteris tamen Deum Opt-maxi interpellare,  
 an is forte me uelit inultam. MVN. Interpellabo, tuis ius-  
 sibus obsecundans. IV. Quin tua potius impulsus ne-  
 cessitate. MVN. Scilicet, Deus propitius sis mihi pec-  
 catori, atq; illumina oculos, ne ultra his iustitiæ tuæ igno-  
 rantie tenebris circumuoluar. IV. EX fide ne hæc tua  
 precatiuncula? Deus quippe exauditor duntaxat cordis  
 est, & non oris. Proin precare tibi augeri fidem, cum Lu-  
 natico Euangelico, quam solam, non suta opera sequuntur.  
 MVN. Faciam id quoq; IV. Sed heus tu opperi-  
 re me parumper, mox enim adero, ut tuas tibi paulatim ob-  
 oculos ponam impietates, antequam sis abiturus. MVN.  
 Heu, infelix ego calamitatibus natus, quid nunc dicam?  
 quò me uertam? quòue nunc lemmate me purgem?  
 Quid respondeam non habeo: aut quos mihi adhibeam in-  
 consilium? Omnium nunc ope atq; consilio desperatus.  
 Eheu, quas luam pœnas, hasq; nec immerito. Sed quid  
 insanus non cesso animum diutius despondere, cum mitis-  
 simus ille totius harmoniæ parens, meū hoc commissum,  
 licet instar sit coccini, rursum in nuvis candorem possit  
 transferre, qui & nos querere docuit, scilicet ut inuenire  
 liceat: pulsare, ut nobis aperiatur. Hæc itaq; altius me  
 cum reputans, non possum non animi hanc anxietatem,  
 quin potius diffidentiam, à me æstimare alienam. Di-  
 xerit forte quispiam nunc: Qui hæc noua Religio te in-  
 cessit: aut qua fronte ad scripturam, quam paulo ante ceu  
 pestilentem respuebas, iam non secus, quam ad asylum  
 B confugere

EXPOST. IUSTITIAE

cōfugere audes? Verū mihi multo maximum est huiusmo-  
 di quadruplatores non ita magni aestimare, quā̄ cepta  
 fiducia pergam. Sed audio nescio quid strepitus, certe  
 Iustitiam reuertentem conspicio, ea est. Iam nunc tuate  
 facta, recensente Iustitia, penitius tibi representabunt, q̄  
 quispiam aut Apelles, aut Praxiteles ingenij sui sagaci-  
 tate assequi queat. Sed iam adest. Vide idcirco tu, qua-  
 lem te erga eam exhibeas, quo citius eius tibi maiestas pro-  
 pitia contingat. IVST. Ades dum, ne hoc subinde pre-  
 terirem, te sic me ut opprereris uolui. Quid haecenus  
 partim pro Euangelio, partim contra, unusquisq; sum-  
 mis quibus potuerit uiribus, meq; interim absente (co-  
 gita tu, quā̄ feliciter) sit molitus: ut torseris, quam uim  
 intuleris sacratissimo DE I uerbo, ut omnia ficta  
 quadam pietatis larua egeris. Quā̄ impium & hoc sit,  
 facile cordatus quisq; aestimauerit: scilicet, sub CHRIS-  
 TI nomine negocium agere uentris, aut uerius Sata-  
 nae. Sic transfigurare se in angelum lucis, cum lateat inte-  
 rim pestilentissima Satanae turba. MVN. Perge obse-  
 cro, me & oculis & auribus in te fixum habebis. Sitio ex-  
 nim dudum, neq; perinde quicquam habeo in uotis, quā̄  
 ut uel semel te copiosa quadam oratione de re iam incoe-  
 pta in medium irrumpere audiam. Ita quisq; suo duntaxat  
 & stomacho & palato inseruiens, suam hac de re  
 opinionem, hancq; incertam statuit. Arrigo igitur au-  
 res, tu perge, perge, mea dulcissima Iustitia, aequam de  
 nobis, ceu uepribus quibusdam irretitis, ferre sententiam,  
 atq;

atq; cui tu potissimum parti accesseris: nihil siquidem est, quin te palam sit. idcirco adeste equo animo etiam omnes, atq; silentium colite, quotquot uoluerint tenerrime iustitiæ piæ atque beneuolæ accommodare aures. IVS. Non possum non equidem satis demirari, qui nam noua istæ religio tam repente te inceperit: non enim me clã est, quàm duaũ me explosa, more serpentum aures obturatas, ne forte te à recto tramite aberrantem, in uia reduce-  
 rem. Qui igitur, dic sodes, nũc sit, ut pristina oris duritiæ abiecta, tantopere rursum mea uoce rapiaris? MVN. Ab nihil memor pristinæ cladis, perge quæso, quò uolebas, me uidelicet meis depingere coloribus. Ita enim horrèdo Dei iudicio obcæcatus, atq; in peccatorũ hoc præcipitatus pascenũ, adeo, ut ne uulnus quidẽ uidere queam, tantũ adest, ut pharmacum illi idoneum adhibere norim. IVS. Te tuis ut depingam uis coloribus? MVN. Volo, atq; unice id desidero. IVS. An putas ad hoc suffecturum diculare spacium? si cui animus esset te penitus representare. Quis quantumuis callidus atque facundus est Orator, cuius eloquentiæ neruos hoc ipsũ nõ excederet? At tamẽ nihil diffisa, accingar Te igitur in tres classes segregare. Primũ incedere fac Cæsarẽ unã cũ suis principib. reliq; atq; potestatibus. MVN. Ad sunt. IVS. Dein Romane curie Cerberũ Papã cũ suis Cardinalib. Episcopis, legatis, curtisanis, ac reliqua suarũ creaturarũ fece. MVN. Ad sunt et hi. IV. Dein ut adducas restat, furibũdas rusticorũ copias, una quæq; classis p sua tyrãnide respõsura. MV

Psal. 57.  
 Esa. 6.  
 Act. ult.

EXPOS. IVSTITIAE

Hii iustitiae quasi acie se obtinere arbitratur, quare sic irru-  
 ūt. PRINCIPE S: Salve terq; quaterq;, salve o felix iu-  
 stitia. O quam diu nunc tuis sitimus frui conspectibus:  
 quam aegris animis tui tam diutinam inopiam passi, ut de-  
 niq; impatienter consultum fuit morae. Ad sunt igitur tu-  
 is suffragijs sedulo delectati, quiq; perpetuo glutino tuum  
 ob nomen inter se sunt conglobati, atq; ita, ut nulli peni-  
 tus fas sit infra centum annos ex huius copula castris de-  
 ficere. Prom, uide tu, optima iustitia, quam indissolubili  
 glutino, quam perpetua necessitudine tui gratia ad inui-  
 cem simus astricti. Idcirco eo mitius nobiscum hunc  
 in modum foederatis agis. IVSTITIA. Accedite pro-  
 pius o foederati Principes, meq; de uobis pronunciantem  
 attentius audite.

Hui, proh pudor, quid sibi tam ingens atq; horren-  
 dus Mauortius uult ornatus, quidue armorum ille strepi-  
 tus? Satis ne iam num etiam tuta ero? Volo pro se quisq;  
 suam mihi astringat fidem, antequam uos alloqui ag-  
 grediar. Non enim uestra impietate pridem admonita, ul-  
 tra uobis fidam. PRIN. Quidni, hoc enim immerito  
 a nobis non extorqueres, quamuis non operae precium fo-  
 re rati, tui siquidem sumus, tuumq; nomen perpetuo cultu  
 honoramus. Nec est quod te habeat sollicitam Martis il-  
 la supellex, cum nec aliud quicquam praeseferat, quam per-  
 petuum nominis tui patrocinium. IVS. Sane perfrictae  
 frontis homines asserunt, se cultui meo nunquam defuisse,  
 cum (ut ingenue fatear) nullius generis hominum duriti-  
 am aequae

am æque sim experta, perinde ac si eorum hæc arma nun-  
 quã contra me sint uersa. Atq; hoc primũ uisum est nuga  
 mēti sermō consecrare. Vos esse Principes scio, esse deu-  
 foederatos, id quoq; scio. Multa insuper nuper hominum  
 millia ferro, Vulcano, atq; omni, breuiter, hostiliũ instru-  
 mentorum genere trucidasse: uobisq; rursus uestra re-  
 gna, quæ partim rusticorum uasania perierant, non citra  
 tyrannidem reparasse. Atq; adeo q; & integra eorum  
 supellex (qua miserahæc plebecula sustentabatur) argen-  
 tum, aurum, deniq; quæ eis erat reposita pecuniola, hæc  
 omnia à uobis rapta, eisq; subducta, non ignoro: atq; sic,  
 ut melior huius rapinæ portio, in milites, maiore ex parte  
 spurcis, & nõ (ui par fuerat) ad tutandam rem publicã  
 sit uersa. Quorsum uobis tot abacta pecora? quibus in-  
 sons infantia nutriebatur. Non satis fuerat, eos semel  
 tradidisse Satanae, nisi subinde tyrannidi uestræ nullus fu-  
 isset nec modus nec finis? Agnosco sanè, uos Princi-  
 pes, at certe non Christianos. Quis, obsecro, usquã ue-  
 terum Principum tyrannidi uestræ nunc posset æquari?  
 Quis, quantumuis facundus orator, quis rhetorum stre-  
 pitus, quæ uerborũ ampullæ, quæ deniq; argumentãdi sol-  
 uediq; sagacitas, uos mei desertores defensabũ? ita ne uos  
 etiã principes inquis, ille mãmon sollicitat? aut stulti igno-  
 ratis, q; hac nocte à uobis repetituri sint animas uestras? Mat. 6.  
 Hæc idcirco, quæ aceruastis (ceu nulli mortis nec uestigio Lu. 10.  
 obnoxij ac ppetuo uicturi) cuius erunt? Quid enĩ pdest Lu. 12.  
 hoĩ, si totũ mundũ lucratus fuerit, aĩe uero sue iacturam

E X P O S T . I V S T I T I A E

fecerit? PRIN. Res ipsa nimirū iustitia, nō enī, ut arbitramur, te clā est, quæ nobis arripēda hostilia incubuerit necessitas. Nec tu aderas nos tutādo. Iure igitur optio iustum est, ad arma nos posse, p̄si ire, præbebat enim uolentibus nolentibus. iusta belligerādi occasio: nihilq; minus deerat, quā pugnādi copia. Nec arbi reris fundi nostri calamitatem huc nos adegisse, neue hoc qd' quisq; sortitus erat dominū (ita nos ames iustitia) aut quam parentum ad nos funera, cum legitimos familiæ filios uerterant, hereditas. Non (nostram tibi affirmamus fidem) alio animo, quā ut si renuisti amatores defensoresq; acerrimi, tibi uitæq; nostræ auxiliū ferre coacti, hoc qualecunq; certamen sumus aggressi, licet non minoris uirtutis sit, iam parta tueri, quā parasse. Capitis porrō periculum, quod sedulo nobis imminēbat ab his pseudochristi Euangelij professoribus, maiore ex parte calcas addidit. Nosti præterea celeri fuga consulendum esse uitæ. Verum nec adornata quoq; fuga, uitæ consilio quicq; proderat, quin re ipsa aggredienāus nobis erat hostis, ad qd' quidem plusq; Diomedeā necessitas egre nos tandē impulerat. En igitur tu, ut iusta nobis nō defuerit Martis occasio. IV. Hui, qd' obsecro nugamenti portentum ex oris huius barathro eruclari audio? quis enim (dicite per deos) uestrum est hoc animo, qui pugnatur, cū alioq; ppter uilijs. quæq; nō secus q̄ beluas in hoīes, uos ferociter cōspiciā. Fateor tamē uobis nō undiquaq; defuisse iustā belligerādi occasionē, ob id nimirūq; uestrū gēstat gladiū, ne patiatur Reip. tranquillitas turbari. ppterca

ROMA. 13.

Esa. 42.

Mat. 12.

1. Cor. 5.

2. Cor. 3.

Ioan. 10.

Ephes. 5.

1. Tim. 5.

2. Cor. 5.

Deut. 10.

Roma. 2.

Ephesi. 2.

Pterea iure uicissim oīa uobis debetur, scilicet decima, tri-  
 buta, honor atq; timor, et cætera huiusmōi, ut dei ministris  
 quib. à sūmo principe deo, hæc ipsa puniēdi facultas est di-  
 largita. Verū oportuisset interi quoq; uos nusq̄ fuisse im-  
 memores, mā suetudinis huius uestri principis, q̄ ceu pius  
 pastor, linū fumigans nō extinxit, nec baculū cōfractū  
 cōminuit, cui abūde satis est, rebellē traduū iri Satanae, ad  
 interitū carnis, ut spiritus saluus sit in die dominica: tamē  
 ut emēdatus rursū assumatur, atq; nō ppetua tyrānide,  
 penitus absorbeat. Plus nāq; ubiuis principi Christiana-  
 no cōuenit, quo ad fieri pōt, parare medelā, si qua poterit,  
 q̄ prius extinguere: ac seruato hoīe, hāc suā duntaxat pi-  
 naciā, ut extinguat. Si autē nec hoc melior reddi quiret, iā  
 si nihil aliud, certe ipsa id ipsū efflagitaret necessitas, ut q̄  
 primū tanta Reip. Christianæ pestis, ceu putridū membrū  
 ē medio tolleretur, ne forte una morbida ovis, totas infice-  
 ret caulas oviū Christi. Huc usq; in quā, uestra uergit po-  
 testas. Meminisse idcirco uestrū quisq; debuisset, quantum  
 uis & stēmatib. & potentia prestuisset. Suū se quoq; ha-  
 bere principē, apud quē nulla penitus huiusmōi rerū ha-  
 bita sit ratio, qui nō discernat diuitē à paupere, nobilē ab  
 ignobili, principē à nō principe, rasū à nō raso: qui solus  
 cordiū penetrabilia occupet atq; ea duntaxat u nice uelit esse  
 circūcisa. PRIN. Bona uerba que sumus, iustitia, & hūc  
 Catomanum uultum paulisper abijce, id quod affatum  
 omnes uno ore precamur. IVS. Quid leta, aut ceu  
 conuiuens uos intuear? Atrocior enim caussa est, q̄ ut



EXPOST. IUSTITIAE

tale quid ferre debeat, passaq; sit hallucinari. Primū, qđ  
 uestrum sit munus, aut quousq; uestra uergat potestas, c. i  
 am ex uobis iam scire sitio. PRIN. Principes sumus  
 Christianorū Christiani, quibus à deo nostra hæc potestas  
 est tradita, id quod & scripturæ quoq; liquido testantur,  
 atq; ita ut is potestati qui resistat, Dei ordinationi obtem  
 perare recuset. Hinc nimirū liquet, oēs quicunq; Christi  
 censentur cognomine, iure nobis subiectos esse teneri.  
 Quare imerito talia præter æquū passi, ad te huc sumus  
 uocati. Cū neq; nostra hoc nobis denegarit iura, scz, uim  
 ui esse repellendā. IUS. Vestra enī uero hæc iura nihil mo  
 ror, quæ sciā, q̄ parū uel nihil sumo maximoq; iuris perito  
 Christo cū eisdem sit cōmeritij. Quod si ergo Christiani  
 estis Principes, cur non potius autoris uestri iustitiam am  
 plectimini? qui solus uera est iustitia, uia, ueritas & uita,  
 cuius uerbi amussis sola citra fucū omnia dijudicat, abs  
 q; personarum respectu. æquam de quibusuis sententiam  
 promit. Is quippe uos adhortatur, proximo quisq; ut ex  
 hibeat misericordiam, ut eam à patre suo & uobis a se qui  
 liceat. En æque & uos citra discrimen misericordia indi  
 gere, Deiq; horrendo iudicio esse obnoxios. Vbi cogetur  
 quisq; de talento sibi tradito, quomodo id in proximi com  
 modum uerterit, reddere rationem. Atq; rursum: Quisq;  
 quod sibi obtingere optarit, id ipsum quoq; ut alteri uicif  
 sim præstare non tergiuer setur. Hunc (inquam) iurispæ  
 ritum imitami, eius q; legibus, mos ut geratur, unice uo  
 bis sit curæ. Huic iurispudentiæ operā omnē impendite.  
 Hæc

Roma. 13.

Tim. 3.

Ioan. 14.

Roman. 1.

Mat. 5.

Luc. 5.

Ephesi. 4.

Colof. 3.

Roma. 14.

Cor. 2. 5.

Hæc inquam de sursum est, non terrena, diabolica, quæ Iaco. 3.  
 hodie gens hæc adultera tumet, quæ nescit uentris nego=  
 tio blandiri. Non etiam ea cuius nigredine, impij Carnea  
 dis exemplo, freti, grunniante uentre, in re quantumlibet  
 aut æqua aut perditæ, naufragiū se facturos, atq; rursum  
 probe pasto, inuitis dijs atq; hominibus (si cui uelint con=  
 sultum) uicturos iactitant. Hæc tamen atq; huiusmodi Sa=  
 tanæ uiciniora, dum moliuntur, summum se ius profiteri  
 strenue clamant, tamen si suum ipsorum dedecus atq; sce=  
 lus ipsi prodant, ac nequam ille, in lucis Angelum transfi 1. Corin. 2.  
 guratus (quin sua melle mixta uenena priorū palato, qui  
 omnia spiritus adminiculo dijudicare norunt, propinan=  
 do suas techinas detegens) delitescere nequeat. Ita studio; Esa. 51.  
 se tamē suorum animis calicem hunc soporis iræ Dei im=  
 pressit, ut id ipsum quoq; laudi uertant, quod non secus  
 quam pestilentissimum quoddam barathrū, pijs quibusq;  
 foret execrādum. O he Satanae pedissequa infelix, quādo  
 astutiarum tuarū finis? quando demq; mortalia pectora  
 hoc & corrumpere & perdere ueneno, cessas, aut quan=  
 do per te sum est fucata huius iustitiæ pallij, quo summam  
 iniuriam occultas? quin resipisce, hunc ai q; quem dixi iu=  
 rissimum imitare (stulti autem Dei sapientiam & do= Prouer. 1.  
 strinam contemnunt) apud quem uestra hæc sapientia Roma. 8.  
 stultitia est, non enim potest non professores tam delica= 1. Cor. 1. 3.  
 tos odisse, qui comprehendit sapientes in astutia eorum. Esa. 29.  
 Apud hunc, qui se sapientiam sapientum reiecturum pro Hie. 49.  
 mutit, nihil penitus habebunt ponderis, aurum hoc uer= Psal. 93.

EXPOST. IVSTITIÆ

Esd. 1. sum in scoriam, fæces coloquintidæ, cisternæ sine aqua.  
 Ezech. 22. Hæc inquam sophia uobis non tantum imbibenda, ue-  
 Iaco. 5. rum etiam ingurgitanda erit, si modo sitis aliqua uere  
 Hier. 2. uos iustitiæ premit. Utinam saltem nobilis hæc diuini Pla-  
 2-Pet. 2. tonis sententia, inter uos locum haberet, qui haudqua-  
 Matth. 5. quam alioqui rempublicam incolumem fore censuit, ni-  
 quando ei contigeret, eruditus Princeps. Verum nec sta-  
 tum quem curiosarum artium duntaxat, tenet studium, sa-  
 tis pie philosophari æstimo. Quin hunc, qui Christi phi-  
 Ioañ. 4. losophiæ iustitiæm sicut, cuius ardor non alia re extingui  
 Apoc. 7. et queat, quam uerbi Dei aqua, scaturiente ex fonte uitæ,  
 12, & 22. qui est Christus. Nec eo quod in Platone, aut usquam alio  
 carne suffocato, Principi Christiano philosophandū esse  
 censeam: quin Christi philosophiam, quæ non potest non  
 æquam de quibusuis ferre sententiam, principi Chri-  
 stiano, cum primis amplexandam statuo. Non tamen  
 ut statim deterream a philosophia quoque Platonica,  
 cum nullus philosophorum extiterit usquā, qui genuino  
 scopo propius accesserit, simulatq; principem, Chri-  
 stiano uiciniorē, nobis delinariat. O organum his tene-  
 bris indignum, cuius similem nulla profecto tulit ætas,  
 iisdem tenebris quoque sepulta. Is inquam longe alium  
 nobis describit principem, quam hæc nostra habet tem-  
 pestas, cuius uelim uos umbram duntaxat sequi, ut  
 omittam interim, qualem nobis depingat Euangelium.  
 Utinam is saltem, nunquam hæcenus e uestris uenisset  
 manibus.

manibus Verum uideo uobis plus esse in delitijs, etiam ca-  
 nes, quam usquam aut Christi aut Platonis philosophi-  
 am, qui tamen aliud afferre compendium nesciunt,  
 quam quòd panem qui erat filiorum, impie deuorant.  
 Cum inter un Dei creatura homo ad sui similitudinem fa-  
 cta, algeat, fame atq; interdum pereat, qui licet & que &  
 anima & corpore, ut uestrū quispiam sui dotatus, id quod  
 hodie passim, in principum aulis usu uenire conspici-  
 mus. Quam autem tum impium tum crudele, & hoc sit,  
 quis non uideat, scilicet labores pauperum obiectum tri-  
 canibus? Atq; dein, si egregius quispiam poculorum eua-  
 cuator, incedat, huic plus honoris, passim ab omnibus de-  
 feritur, quam aut Christi aut Platonice philosophiæ heluo-  
 ni, quai tūuis cordato ac docto. Multo deniq; suauius au-  
 res demulcet, qui iurat, deiq; nomē horrēdis modis blas-  
 phema, quam qui siue è Christo siue Platone sententiam  
 quantumlibet egregiam proferat. Atq; subinde citius ac  
 crebrius histrio quispiam, aut uoluptatum architectus  
 affectus mouet, quam cordatus Euangelici uerbi ebuc-  
 nator usquam. Hæc atq; huiusmodi uobis gratia, atq; in-  
 grata, principem pium efficere qui possent nec desunt  
 e iam, ad huiusmodi uobis quoq; improbi magistri, qui  
 animum egrotū in deteriore parte plerumq; flectūt.  
 Qui ubi uobis potissimum arridet, aut affirmant, aut  
 negant, atq; id maximo interdum, reipublicæ incōmodo.  
 Ita libidini uestræ, suo dein commodo inseruientes, nihil  
 non

Matth. 15.

Mar. 7.

Gene. 2.

Gene. 3.

Ezech. 23.

Matth. 23.

EXPOſT. IVSTITIÆ

non quantumuis impium hoc fit, Christianoq; principe indignum suadent. Hinc iam liquet quid uobis subditi, hæc etenim sint passi, dum ita quisq; suo compendio consuluit, ut nihil interim perinde fuerit neglectum, quam publica salus, quæ quidem ita pio Principi cordi esse deberet, ut citius etiam suarum rerû, quam rei publicæ aliquam iacturam esset admissurus, licet hodie principum munus plus à uero degenerarit, malum dein hoc altius egerit radices, quam ut hoc reuocari, alterum uel facile extirpari amplius queat. Quo factum est, ut etiam à mortuis (quod auit) tributa exigere, nihil uos aut rubore suffundat, aut timore deterreat, ita ut nihil sit usquam tam impium, quin quisq; uestrum, hoc ipsum sibi licere putet, adeo ut nulli amplius, aut aëre aut Neptuno (ni numeret) frui liceat, adeo miseri nec terras, nec maria perlustrare poterunt, nisi uestra subinde iura sentiscant. Quid quæso auaritia turpius? quam si in priuatis extremæq; sortis hominibus, atq; in brutis quoq; interdum animantibus, ut rem pestifera execramur, quanto igitur magis in principe erit quoq; detestanda, qua tamen misere, uos obcæcatis Satan hodie possidet. Non enim (ut quidam ait) is diues est qui multa possidet, sed qui parum desiderat, æque is miser est, qui non satis habet, atq; is cui nihil satis esse potest. Nonne omnes citra personarum respectum adinuicem

Rom. 12.

1. Cor. 12.

Eph. 4. 5.

estis membra, unumq; corpus, cuius caput est Christus. Nunquid domini est terra, eiusq; plenitudo? aut omnia uestra sunt, siue mundus, siue mors, siue uita? Quare igitur uos

tur uos, propter hæc Dei dona, omnibus ex quo gratis *Psal. 23.*  
 dilargita, in mutuam sic perniciem ruitis? tot simul tem- *1. Cor. 3.*  
 pla Deo consecrata extinguitis? cum nullius rei (si uerū *1. Cor. 3. 6.*  
 fateri licet) quàm solius uentris negotium agatur, atq; is *1. Cor. 6.*  
 uel solus ad hoc uos stimulet: Quod si porrò non esset,  
 proximo quod bilem atq; ccenum (quod aiūt) affectuum  
 commoueret, frustra nimirū ad misericordiam (ccu offi- *Luce. 5.*  
 cij expertem) adhortaremini: aut si uestri subditi nihil de  
 liquissent, uestra non iam (ut fontes) misericordia indige- *Matth. 18.*  
 rent. Videntur idcirco, misericordia potius quàm diutina  
 inuidia digni. Tametsi non parum multum, à Christi ue-  
 stigijs aberrarint, debent quidem centum millia talento-  
 rum, uos quippe æque interim, atq; grauius obæratu quo  
 q; non estis soluendo, uidete igitur ne & uos tortoribus  
 tradamini, donec in uniuersum, cui omnes pariter  
 debetis, satisfiat & c. Vch itaq; uobis, qui his tenebris  
 comprehensi, nescitis tyrannidi uestræ imponere neq;  
 modum, neq; finem. Resipiscite ergo atq; referte pedem *Philip. 3.*  
 uos ò principes atq; subditi. Inimici enim estis crucis Chri-  
 sti, quorum Deus est uenter, quorum finis quoq; perditio  
 erit. Ah qua uos pietatis specie, possidere gloriamini, *Matth. 6.*  
 quod Christus appellat mammonam iniquitatis. Item *Luce. 16.*  
 Princeps ille Apostolorum Petrus quoq; se non habere *Actu. 3.*  
 gloriosæ testatur. Argentum enim & aurum, inquit, nõ  
 liberabit te in die iudicij, & c. An Christiani sit obsecro *Ezech. 7.*  
 pro huiusmodi bonis mox interituris sic digladiari? *Sopho. 1.*  
 Quid tot egregia Deo templa, propter ea confringitis? *Baruch. 3.*  
 aut

EXPOST. IVSTITIAE

- aut quid diutius rixantium instar muliercularum, de lana  
 1. Cor. 3. 6. (quod aiunt) caprina inter uos sic mutuo digladiamini?  
 2. Cor. 6. Imitamini potius, immo pedibus in eius cedite sententiam,  
 Cratem illum Thebanum, licet non Christi fide illustra-  
 tū, qui ingentē aurū in mare præcipitasse fertur, atq;  
 dixisse: abite pessum, male cupiditates, ego enim mergam  
 uos, à uobis ne mergar. Reuera nimirum pessimæ cupidi-  
 tates, in quas animus humanus, tanta eas possidendi libi-  
 dine aestuat, atq; inde in quæuis abhorrēda uitia præceptis  
 deuoluitur. En igitur quanto uobis æquior sit gentilis,  
 cum uix unus aut alter inter uos (quamuis Christianos)  
 inueniri posset, quin etiam caput, si quæ id ipsum necessari-  
 tas efflagitaret, propter ea discriminibus exponeret.  
 Atque citius passus sit, se uel summo bono, quā hac istac  
 Matth. 19. uolubili fortuna iri frustratum, tantum abest, ut tam sôr-  
 Mar. 10. titer contemnere queat. Verum quam durum hoc sit car-  
 Luc. 18. ni, ea scilicet negligere, non ignoro. Quæ uero? si uictum  
 1. Timo. 6. atque uestitum gratuita Dei beneficentia suppeditat, uo-  
 Matth. 5. bis amplius quid restat? Quæ autem obsecro uestra est  
 Luc. 6. iustitia, num de uestro iure aliquando non nihil cedere?  
 Matth. 4. dare bonum pro malo, orare pro inimicis, benefacere  
 6. 19. male facientibus, propter CHRISTVM  
 Mar. 10. omnia relinquere, uxores, domos, agros & cætera (quæ  
 Luc. 18. nos cum CHRISTO ne eamus prohibent) ab-  
 Luc. 9. negare semetipsum, crucem CHRISTI gestan-  
 Matt. 19. re, cum sicq; sequi, ac non cum diuite adolescentulo, tri-  
 Mar. 10. stes ab

stes ab eo deficere, adeoq; cupere dissolui, & esse cum Philip. 1.  
**C H R I S T O**, mori siquidem lucrum sit. Atque  
 hic nulla prorsus fit mentio, impiæ huius sententiæ, uim  
 ui repellere licere: contrarium uero scriptura, ubi uis fer  
 me insonat, scilicet, ne quis resistat malo, ut locum det  
 iræ. Quod si ex ambabus paribus, quisq; hoc fuisset Roma. 12.  
 animo, dudum uobis fuisset thesaurus in celo, nulli pror- Matth. 5  
 sus interitui obnoxius. Hæc inquam uestra ò Principes 7. 19.  
 atque subditi, ut Christianorum est iustitia. Ceterum Mar. 10.  
 hanc quam uos nunc statuere conamini, ne per somni-  
 um quidem unquam uidi. Neue arbitramini ò Principes,  
 uestris hæc duntaxat subditis, Euangelij tubam, uel uiti  
 bellicum canere, quæ plusquam subditos usquam uos ur- Timo. 5.  
 gent, quibus electionis uas Paulus spiritus musto madi-  
 dus dicit, immo mandat, elato ne sint animo, ne spem po-  
 nant in diuitijs incertis, sed in Deo uiuente, qui præbeat  
 omnia affatim ad fruendum. Quorum, ut principum  
 exemplo, par erat, crucis atque Euangelicæ mansuetudi- Esa. 3.  
 nis eos capere gustū, ne dici uobis quiret: Dati sunt pue-  
 ri principes eorum, & effœminati dominantur eis &c.  
 Non enim tam dignitatis, quàm officij assiduiq; laboris,  
 nomen est Princeps, ut pietatis studium, sedulo exerceat,  
 atque qui uocationis suæ nusquam oblitus, Christi gregē  
 sibi commissum (ut fidelis dux) in pascua & non lanienā  
 ducat: malis tantum non bonis sit terrori. Optimos por-  
 rō licet hodie quosq; uestram tyrannidem, uel maxime ui  
 deant



EXPOST. IVSTITIAE

Rom. 13.

deam experiri, malos dein qui miseræ plebecule astute in-  
ponere, norunt ( indignos profecto, quos ferat terra )  
ita æquitatis defensorem nullū sentire, ut etiam plerumq;  
uobis quoq; adhibeantur in consilium, atq; hic libet cum  
Iuvenale miserandā æquitatis sortem deplorare. Dat ue-  
niam coruis, uexat censura columbas, &c. E heu quam  
nullum hodie ueri principis nec uestigium deprehendere,  
ubiuis terrarum licet? Quotusquisq; enim est, ueri prin-  
cipis quod sit munus ad calculum semel qui uocitet, atq;  
spiritus aliquam uel scintillulam in se qui sentiscat? quin  
magis deligeret, præfici etiam porcis quam prouinciæ  
tam arduæ onus subire, is quippe nullum hic reperiet lo-  
cum ambitioni, supercilio, pompæ ( qua pleriq; etiam dijs  
æquari uolunt ) atq; petulcæ Tyrannidi qui sit destinatus.  
Enimvero potestas a Deo quam accepistis, non in destru-  
ctionem, sed ædificationē uobis est dilargita, &c.

2. Cor. 10.

enim ad inuicem estis membra, unius corporis, nec usquā  
est membrum, alterius inopiam, perpetuo pati quod que-  
at. Quisquis igitur est aliqua re qui præstat, Dei donum

Rom. 12:

Ephe. 4.

& 5.

1. Cor. 7.

Rom. 9.

Hic. 18.

Gal. 5.

est, gratuitaq; beneficentia, figuli uti qui pro suo arbi-  
trio, uasa ex eadem massa, siue in honorem, sine contume-  
liam fingit, nec ob aliud creatum, se sciat quisq;, quam  
proximo ut seruiat, atq; non tā suum quā illius focum ab  
impijs strenue defendat, quemadmodum & reliqua mem-  
bra corpori uicissim sunt adminiculo. PRIN. O iusti-  
tia, nobis u: apparet parum propitia, que fragilitati no-  
stræ occinis impossibilis: mirum profecto, quod ne pilo  
quidem

quidem precibus nostris, licet immodicis, mitior sis facta.  
 I V S T. Durum esse fateor, at certe non Christiano, pa- Rom. 12.  
 uisse inimicos, tunicam simul cum pallio amittere, quæ Matth. 5.  
 igitur uestra professio? an titulo tenus duntaxat, uestri Luc. 6.  
 profitemini Christum? Verum hæc professio nihil uobis  
 proderit, Deus siquidem est qui intuetur cor & non faci  
 em. Non enim omnes qui dicunt sibi domine domine, in- 1. Tessa. 2.  
 trabunt in regnum Dei, sed qui faciunt uoluntatem patris Matth. 7.  
 sui. Vnde autem uoluntatem suam quis discere poterit,  
 quam potissimum ex suo uerbo, citra quod uos in arma  
 ruiſtis? atq; rursum non omnes qui audiunt legem, iusti  
 habentur apud Deum, sed qui legem ipsis factis expri- Roma. 1.  
 munt. Et ut crassius dicam, quemadmodum barba, baculus,  
 pera, non faciunt philosophum (alioqui uel hirci primam  
 laudem facile essent ablaturi) Ita titulus non facit nec Chri  
 stianum, nec Principem: nec alium porro aut principem  
 aut Christianum agnosco, quam qualem mihi summus ille  
 atq; mansuetus princeps Christus depingit, atq; huius  
 principatum qui æmulatur solum esse uerum principem  
 pronuncio. Tantum igitur abest, ut hoc cognomen falso  
 uobis hætenus uendicatum diutius obtinere possitis, fru  
 straq; uos gloriamini Christianos esse principes, cum re  
 tanto interuallo à Christo distatis. Nec uolo quisquam ue  
 strum retrospiciat, ac nescio quod principis portentum  
 à priscis gentilibus proferat, Christianismus enim nescit  
 huiusmodi principes, nam longe esse aliud munus Chri  
 stiani principis, dixi dudum. Porro infitias ire non po-  
 tero,

EXPOST. IUSTITIAE

Rom. 13.  
 Ti. 3.  
 Mat. 5.  
 Luc. 12.  
 Num. 9.  
 2. Reg. 1.  
 1. Reg. 4.  
 Roma. 8.

tero, uos à Deo ceu ministros esse uocatos, uos itidem non frustra gestare gladium, atque tandem omnia uobis merito deberi, quæ scilicet uerbo Dei non aduersantur, propter ministerium uestrum quod est à Deo, si modo pie ac iuxta Dei præscriptum, non uestra sapientia freti, ut amini. Video sanè uos apprime nosse, idq; adeo ex scripturis, quid principi debeat, at non uicissim, quid respublica, à principe expectare habeat. Vestrum quippe est primum quærere regnum Dei, hoc est eius requirere uerbum, citra quod omnia infelici auspicio aggredimur, ait enim: iuxta uerbum domini figebantur tentoria. Et non præscripta hominum ueterum principes, quin uerbi Dei adminiculo, ubi uis ferme belligerasse. Tamen si inter dum hos quoque, citra Dei uerbum in arma uissemus, quàm autem misere ceciderint, atque pœnas pro sua isthac temeritate, deinceps dederint, uel satis hoc ipsum horrendus ille casus Saul, Heli dein subuersum sacerdotum nobis declarant. Vos uero dominante ratione uestra (quæ non potest non contra Dei uerbum consultare) quotquot estis, sola uestra sapientia ducti, nihil non (quantum uis hoc uerbo Dei aduersatum sit) estis aggressi, quàm autem feliciter uos quoque uideritis. Euangelium quippe non fert huiusmodi principes, qui crebrius habent in ore: Sic uolo sic iubeo, sit pro ratione uoluntas. Quin illos qui nec minimum, se non consulto attentare ausint, qui sæpius clamitent à se, suisq; consulta

consultoribus recedentes: Domine tu doce me uolunta- Psal. 118.  
 tem tuam, quæ sola optima est, ego siquidem mēdax sum. Psal. 142.  
 Ceterum hij qui in hi sunt à consilijs, uias atque iustifi- Psal. 115.  
 cationes tuas quoque ignorant, inutiles facti sunt omnes, Psal. 51.  
 nec est quin cathedram pestilentie occupans, contra te Roma. 3.  
 consultet, sapientes enim sunt, ut faciant mala, bene Psal. 13.  
 autem facere nesciunt. Tu autem solus, quid pium, Psal. 1.  
 quidue impium sit nosti, tu igitur dirige uias meas, ne Hiere. 4.  
 quando à lege tua deficiam, ac quid optimum sit con- Psal. 5. &  
 sulito. Atque qui pie sic functo munere, arrepta 34. 25.  
 dein Dauidica ciuhara, hunc in modum chordas reficis Psal. 18.  
 at: Benedictus dominus Deus, qui docet manus meas ad & 118.  
 prælium, & digitos meos ad bellum, &c. Talem aio Psal. 143.  
 principem, Euangelium non potest non agnoscere pi-  
 um. Quomodo dicitis sapientes sumus, & lex do-  
 mini nobiscum est? Vere mendacium operatus est, stilus Hiere. 3.  
 mendax scribarum. Confusi sunt sapientes, perterri-  
 ti & capti sunt. Verbum enim domini proiecerunt,  
 & sapientia nulla est in eis, &c. P R I N. Ah, miti-  
 us loquere, nimis enim dura es nobis, usque adeo in-  
 quas condiciones præscribendo. Citius enim uero, du-  
 rissima etiam quæq; saxa ad misericordiam flecterētur.  
 En tu uicissim, ut præter æquum nostra ubiuis deuastata  
 sint castra, quæ quidem hunc in modum erāt munita, adeo  
 ut non modo nostra bona, uerum etiam totius & reipub.  
 salus & tranquillitas, inde defendi potuisset. Quin suis  
 C 2 quoq;

EXPOST. IVSTITIAE

quoq; facultatibus huc uehendo ( si quæ id ipsum effragia-  
 tassent necessitas ) ceu perpetuo asylo ab hoste consulere  
 licuisset, quæ maximis nostris parentumq; nostrorum,  
 & laboribus & sumptibus olim extructa, nunc deuasta-  
 ta iacent, atq; sic ut in nullius propemodum rei usum ul-  
 tra cedere queant. Deniq; quod monasteria quoq; ac  
 loca diuino cultui consecrata, æque hunc in modum exu-  
 sta atq; subuersa nunc passim uidentur, ita tamen, ut nul-  
 lus sit, qui uel pilo sua istac uesania, ditior factus abierit.  
 Licet hoc fateri cogatur, cordatus quisq; non perinde  
 multum splendida hæc ædificia emolumentum reipublicæ at-  
 tulisse, plus tamē multo contigisset omnibus, quibus curia  
 est supellex atq; angusta res domi, integris, quam eum  
 in modum deuastatis. Cui enim hæc rei indignitas bilem  
 nō moueret? te tamē ueræ esse nemo est qui neget. **IVST.**  
 Loca hæc sacra, uestra dein castra sic esse deuastata, non  
 admodum moueor, atq; in uniuersum de eis quid sentiam  
 (prohibente me temporis iniquitate) necessum nō habeo  
 nunc ferre sententiā, neue etiam mortua, huiusmodi tem-  
 pla quicquam moror. Cæterum castra hæc uestra, quam  
 diu nunc obsecro, non modo nihil reipub. tranquillitati at-  
 tulerunt momenti, atq; ita, ut etiam turbulentam reddide-  
 rint plurimum. Hactenus enim ( nemo uestrum infitias  
 ibit, apertius enim est quam ut negari queat ) vix ulli tutū  
 fuit siue pedibus, siue insidēdo equo iter, extra suos mo-  
 do penates saluare constituere, eò usq; cesserat hæc ha-  
 bendi

bendit rabies, ita ut uix ultra limites, uel quisquam ferme pedem amplius ferre auderet, quo sua extrudere potuisset mercimonia, uitaq; suae necessaria sibi parare. En igitur quam egregie consultum fuerit, è uestris castris reipublicae saluti, dum nullos caperent, nisi quos infames, raptores, latrones, atq; alijs sexcentis huiusmodi uitijis mandidos nouerant, alioqui nec ipsa perpetuo passa fuisset ea sic iri subuersum, praesertim cum omnis comodi sic fuerit expers, eorum haec uersania. Castra quippe fateor, nihil mali sunt merita, nec reipublicae incolumitati obfuerunt quicquam, quin ita nihil detrimenti, ut etiam comoditatis plurimum attulissent, ni eorum usus in peregrinum atq; deterius labasset. P R I N. Os durum. I V S T. Ha ha ha, ac si me clam sit, quo usq; hactenus à uobis sit grassatum, quot deniq; modis hi uestri subditi, non secus quam beluae non homines fuerint contempti. Nihilominus et manus quoq; suarum sudores ultro uobis offerre coacti, nulla interim penitus misericordia ducti, quotcunq; paupertatis genera uxores, atq; liberi eorum, domi perpetuo expertantur, ita ut saepe etiam canes uestri, lautius uictarint. Atq; hic non ab re gentilis quisspiam Terentius exclamare posset. O quam inique comparatum est, ut hi qui minus habent, semper aliquid addant ditioribus. Hic inquam cum primis uos memores fuisse oportuisset Euangelicae mansuetudinis, qua iubemini esse misericordes erga egenos, mites, frangere esurienti panem, uagos atq; inopes inducere in domos uestras. Num hos quoq; quantumlibet te-

Esa. 58.

EXPOST. IVSTITIAE

- Gal. 3. nues aequa uobiscum sorte Christi sanguine & liberatos  
 2. Ioan. 3. & sanctificatos, atq; obiter filios esse Dei agnoscitis? aut  
 Psal. 113. ubertatem terræ, ad uos solos ceu regni heredes spectare  
 Esa. 42. arbitramini? Cælum ait cæli domino, terram autem dedit  
 Matth. 22. filiis hominum. Num igitur uos soli filij, aut coram Deo  
 Gal. 2. personarum quissiam respectus? Quisquis uestrum est  
 Roma. 2. præ eminenti potestate qui excellit, in hoc duntaxat præ-  
 Ephe. 5. stat, ut uberius profuit, subueniat oppresso, iudicet pupila-  
 Acto. 10. lo, omne oppressorum onus disrumpat, defendat atq; nõ  
 Esa. 58. deuoret domus uiduarum. Non ut hominibus, ceu auræ  
 Esa. 1. popularis captator, uideatur cõspiciuus fastu, ambitione,  
 Hie. 5. tyrannide, magno deinceps armatorum militum strepi-  
 Matth. 23. tu, alijsq; sexcentis nominibus, quibus huius temporis  
 principes habentur clari. Quin potius sapientia, uite in-  
 tegritate, pietate, uer. que principis simulachro, quibus  
 Roma. 15. certo se sciat principem, deiq; esse ministrum. Tametsi in-  
 ter dum, mei gratia (id quod literæ duntaxat, falso testan-  
 tur) uos quoq; conuenire conspiciam, aliud ferme nihil  
 illi agi uideo, quàm sub prætextu salutis reipublicæ, stul-  
 Esa. 40. te atq; impudenter, pro gloria hominis, non diuturno re-  
 1. Pet. 14. flore graminis disceptari, quis scilicet alteri pot. or sub-  
 Eccle. 14. limorem quoq; locum capere debeat, perinde ac si pro-  
 pter id uel maxime principes sint constituti, ut supercilio  
 duntaxat tumeant, atq; aliorũ miserijs insulcent. Res sa-  
 Eccl. 10. ne profusiore risu non indigna, præsertim in principe  
 Psal. 21. Christiano, qui tam probe, suarum quid sit partium agno-  
 Job. 25. scat. Quid superbis terra & cinis? aut quid uermis cum  
 sis.

sis, & nō homo, diutius intumesceas? An nō omnibus qui-  
 tuncq; terrę munere uestimur, enauiganda mortis undas  
 siue reges siue inopes erimus coloni. Annon linguenda tel-  
 lus, & domus & placens uxor? neq; harum quas colis ar-  
 borum, te præter inuisas cupressos, ulla breuem dominū  
 sequetur &c. Quid igitur ex te homine bulla, aliud quā  
 es, facere conaris? Hęc tamen & huiusmodi, in quouis  
 principe execranda, dū maximis, idq; creberrime, reipub.  
 sumptibus fiūt. Misera interim ego, a limtibus ceu perpe-  
 tua obliuione sepulta iaceo, nec est qui amplius de me, ne  
 percontetur quidem. Ita irretiēt uos Satana, instituti im-  
 memores, nihil quisq; præter quod suum est querit, nihil  
 minus quā quod publicę salutit utandę inseruit. Quod  
 quidem diu iam desideratum hoc reipub. exuiū, dux ille  
 ambitiosi uestri exercitus Satan, tādē est assecutus, alio  
 qui mature adhibito pharmaco, hoc qualecunq; malum,  
 etiam citra anxios consultores, facile potuisset præueniri,  
 atq; turbidum hoc mare sedari. Stultum enim est admitte Esa. 57.  
 re, quod possis præcauere. Hoc autem non passus est uo-  
 bis a consilijs Satan (ne quid forte uēiri decederet, eiusq;  
 regnū imbecillitaretur) quod minore, quā humani san-  
 guinis dispendio, publica propagaretur tranquillitas, dū  
 nihil non inconsulto Dei uerbo, uos aggredi uideret. Iam  
 idcirco hoc ipsum quo uos purgare nitimini, dilemma ex-  
 cusare non poterit, nempe quod dura huc uos impulerit  
 necessitas. Vix enim & cogitationes tuę fecerūt hęc tibi. Hie. 4.  
 Sed ut tandem id quod uolebam, quā paucis absoluam, Esa. 47.



EXPOST. IVSTITIAE

hæc iam missa faciamus. Accedat nunc altera classis, pro  
 se quoq; responsura, vulgi uidelicet. VVL. Salue o sa-  
 cratissima iustitia, q̄ diu tui inopia pressi, tandē te nostris  
 offers conspectibus. IVST. Quis genius, quæ furia eō  
 uos quoq; uesaniae adigerunt? ut sub nominis mei pallio,  
 tot horrenda uitiorū portēta perpetraretis? per omnia sic  
 inmemores uere iusticiæ, quæ est Dei, cui uos adherere,  
 ubi uis locorū falso gloriabamini, dum uestra sesquipedali  
 bus uerbis iactitabatur libertas? Proh pudor, quod uobis  
 prædonibus, homicidis, piratis atq; sicarijs, cum ea com-  
 mertium? quæ aut affinitas aut comparatio luci ad tene-  
 bras, atque adeo Christo cum Belialē itane astrute, anima-  
 rum hostis Satan, organa sua, quæ uos estis, in sui deli-  
 tias temperauit? E heu, piget fermē profecto uestram mo-  
 do recensere nequitiam, Euangelij capitales inimici eius  
 se nuncupant cultores. Væ extrema huic impietati. Quid  
 per Deum magis impiū, atq; à Christiana religione alien-  
 num, humanoq; generi æque perniciosum excogitari po-  
 tuisset? Atq; hic exclamare liceat: Auri sacra fames, quid  
 nō mortalia pectora cogis? Reuera enī radix est oīm ma-  
 lorū studiū pecuniæ. VVL. Ab ne sæui tantopere. IVST.  
 Proh quid ni cōmouerer, quē enī Socratē, aut eo fortassis  
 tolerantiorē, hæc omnibus execrāda blasphemia nō irita-  
 ret? Sed breuiter rē ut est perstringite, quæ nā hæc uestra  
 tā dura sit seruitus, qd̄ uē iugū uos (ut latratis) usq; adeo  
 premit? si modo quid habet Christianus, quo eius corpus  
 premi queat, mihi enī certe nusq̄ sit uerisimile. Quippe si  
 recipiā

2. COY. 6.

1. Timo. 6.

re ipsa uolueritis esse Christiani, eiusq; in uestigia cedere. Mat. 10. 15.  
 opere precium fuerit (ni mentiatur Scriptura) uos ferre  
 crucem, atq; per multas subinde tribulationes ingredi in Mar. 9.  
 regnum dei: atq; non istac mox peritura suauitate detine Luc. 14.  
 ri, quandoquidem caro suapte natura lascuiat, legi DE I Act. 14.  
 atq; spiritui aduersetur. Quid igitur fuerat opus, ut ole Roman. 5.  
 um (quod aiūt) adijceretis camino, equo ultro currenti cal Ephesi. 3.  
 caria? Quin si a Christo renati estis, ea quæ sursum sūt Gal. 5.  
 potius querite. Euangelium autem uobis in signum a Num. 20.  
 qua est contradictionis. Nonne Christiani est, impugnā Psal. 105.  
 ti se propter tunicam, huic quoq; relinquere pallium? pe Psal. 3.  
 tenti unum milliare, ut nihil contatus etiam duo secum e Luc. 14.  
 undo compleat? Esurie aut siti laboranti (quamuis inimi Luc. 14.  
 co) cibum atq; potum, uel ultro offerre? Hos, inquam, Esa. 53.  
 agnoscit Christus, qui sui exemplo, instar ouiculæ coram  
 tendente, in suis aduersitatibus non aperiūt os suum, qui  
 tantum pati norunt, non talionem referre: ferre crucem,  
 non has Sirenas admirari. Atq; adeo qui nulla penitus  
 propter se recusent discrimina, qui suos interdum sic ten 1. Pet. 1.  
 tat, quos hic non uult esse conspicuos atq; claros. Tentat Eccl. 27.  
 enim suos, uelut argentum in igne, qd̄ tamen non modo  
 non perit uerum etiam magis purificatur. In summa  
 Pius animus ubicunq; est, nihil minus deplorat, quàm ha Amos. 3.  
 rum rerum inopiam, nec aliam calamitatem pia mens cu  
 pit effugere, præter eam, quæ est uerbi Dei etc. Quod  
 si porro hæc spiritualis uerbi DEI alimonia uobis foret  
 subducta, non defuisset fateor, legitima uobis susurrandi

EXPOST. IVSTITIAE

- Act. 5. quid occasio. Vt forte illud: Dei iussa plus esse capeſſenda, q̄ hominū. Nedum autem armis etiā hoc animē pabulū, parare Christiano cōuenire, q̄s ignorat? quin feruentibus precibus, quæ uel ſola Christianorū ſunt arma. Christus quippe omnis ſalutis noſtræ autor, qui tametiſi illud ipſum ſit uerbū, noluit tamen ſe deſenſum iri gladio. Omnes etenim qui gladio rem agunt, & gladio pereant necceſſe eſt, cuius quidem uerbi horrendo iudicio, & uos paſſim interfecti ſuccubuiſtis. Ita ut nullus ſit ferme ager, ſiue platea, ſiue angiportum, quin illic proſtrata hominū uideātur cadauera. At Deo ſic annuente, malo nodo malus & contigit cuncus. Quorſum uobis obſecro, huius modi diuitiæ? Num ignoratis, quod facilius eat per foramen acus Camelus, quā diues in regnum DEI? Aut forte arbitramini, pauperes DEO non eſſe curæ, uel diſpari ſorte cum diuitibus huius mundi eos liberaſſe. Eſto ſini iniquo ac peregrino labore partæ, uerum ſpiritu qui ducitur Christianus, is quare ſe contaminat atque onerat uerius, quā exornat? Sin autem in o & labore & lucro ſunt acquiſitæ, quis iam non iuſte contra uos huiusmodi tulerit ſententiā? uos ſcilicet eſſe ſœdiſragos, raptores, atq; tandem, quod longe grauius eſt, Verbi DEI blaſphematores quoque, quibus cum Euangelium loquatur (cuius tamen uos eſſe præcones, & literis & uerbis, magna, ut uidebatur, ſpiritus uehementia, gloriabimini) ne quis concupiſcat quidem alterius bona, quacumque hæc uia ſint parta, tantum abeſt, ut ea ſurripienti uenia da  
ri

Mat. 26.

Ioan. 13.

Mat. 19.

Exo. 20.

Deu. 7.

Act. 20.

riqueat. Non sic Hypocritæ, non sic cum D E O  
 (cuius oculis nihil non patet) luditur. Tametsi crebrius  
 susurrari audiam: Viuit Dominus. Quid autē prophe  
 ta uos filios tenebrarum, abominantes lucem, prodens, ili  
 co subdit? Et hoc falso iurabunt, Domine oculi tui respici  
 unt fidem &c. Non uerborum, quas uos ultro citroq; ex Hiere. 5.  
 puitis ampullas. Ut autem dem, uestros non intelligen  
 tes super egenum & pauperem, Principes ritu hactenus Psal. 40.  
 ferarum, uestros sudores deuorasse, & non nisi in pes si  
 mos quosq; collocasse usus, dum saginarent, nescio quæ  
 terre pondera, in rei publicæ Christianæ interitum.  
 Quid ergo? perinde ac si huiusmodi diuitias (etiamsi è Mat. 6.  
 uestris laboribus eraserint) temere mammonam iniquita  
 tis ipse Christus appellitarit. O modicæ fidei, nolunt tã ex Luc. 16.  
 ile uasculum ad modicum tempus cum paupere Lazaro, Mat. 16.  
 D E O iri commissum, dum interim tauri illi pingues, lu Psal. 21.  
 xii studeant, atq; bona in uita sua, finibus adeo anxijis  
 circumsepta, recipiant. Cur non potius iniuriam pati  
 mini? Cur non potius, si Christiani, damnum accipitis?  
 Immo uos iniuriam facitis, & damno afficitis, idq; fra  
 tres? cum non alia re, quam tolerantia, Euangelica ueri  
 las uincat. Qui timete Dominum, quoniam non est in  
 opia timentibus eū. Diuites quidē egerūt & esurierūt, Psal. 33.  
 exquirentes autē dominū, non minuentur oī bono. Iã idcir  
 co & diuinæ & naturæ legis trāsgressores liq̄do cōuince  
 mini, ut q̄ non modo nō ab alienis penatibus uobis tēpera  
 stis,

EXPOST. IUSTITIAE

stis, uerum etiam non sat habuistis, eos contra ius huma-  
 num atq; diuinum surripuisse, nisi subinde interdum eor-  
 um quoq; & possessores, cum suis una facultatibus mi-  
 sere interirent. En illic quoque subesse scopulum, in quem  
 foedis fragi impingant: Non occides. Videte igitur, ut uos  
 impios, proprius ubiuis sermo redarguat, ut commode ue-  
 stra in uos ipsos tela rursum queant toqueri? Num am-  
 plius immemores Euangelij? quod uel potissimum nunc  
 funestum gladium iugulo uestro intentat? Quis igitur iam  
 Demosthenes uobis latronibus patrocinium non denega-  
 bit? Aut quis alius tandem uestras non dedignabitur tuta-  
 ri partes? Quae tam uehemens, urgens, atque instans om-  
 nino ratio, uos impune ab aequo iudice eripiet? Quis demum  
 sane mentis, se intromiscet tam odiosae rei, cum ipsi plus  
 satis exitij uestri sitis autores? Num indecorum Christi-  
 ano, ea quae corpori duntaxat consulunt, forti animo con-  
 temnere ac ceu pedibus conculcare? Quod si ferueni-  
 potius fide, atq; precibus (id quod uos unice decuisset) so-  
 ret pugnatum, non ferro, terrifico uel bombardarum stre-  
 pitu, nihil penitus remorati hac utcunq; dura seruitute  
 (qua uos pressos deploratis) quin quisq; ceu legitimus  
 Abrahae filius spiritu ad Deum clamaasset: Abba pater,  
 suae interim & sapientiae & armis diffusus, ex solo DEO  
 pendens, qui solus poterit & animae & corporis necessa-  
 ria, etiam citra uestros conatus, dilargiri, qui uel capillos  
 capitis uestri in numero habet, nec ceu impatientes morae,  
 deoq;

Exo. 20.

Roma. 12.

Col. 4.

Tim. 2.

Lu. 12.

21.

Deo q̄ diffidens, certum ei auxiliandi tempus præscribē  
do. Quin suo hoc, quicquid est, arbitrio commisisset, neq̄  
quicquam eius de auxilio secum hæsitando, cuius manus Iac. 1.  
non est abbreviata. Cum q̄ nihil, ne minimum quidē sit, Esa. 50.  
quod tuis tibi uiribus parare queas, ait enim: Te dante il- Psal. 103.  
lis, colligent. Ac alibi: Visitasti terram, & inebriasti eā, Psal. 64.  
multiplicasti ut dites eam. Flumē Dei repletum est aquis,  
parasti cibum eorum, quia ita est præparatio. En igitur  
quā uana uestra sit præparatio, quā denique nullius  
momenti uestra, pro uictu cum animæ tum corporis sit so  
licitudo? id quod & alibi rursum diuinus ille Psaltes uos  
bis Dei tentatoribus, quasi zelo Dei correptus, decantat, Psal. 77.  
inquens: Nunquid & panem potest dare, aut parare  
mensam populo suo? ideo audiuit Dominus, & distulit,  
& ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israël  
Quia non crediderunt in Deo, nec sperauerunt in saluta  
ricius. Verbum enim domini rectum est, & omne opus Psal. 32.  
eius in fide. Quis uestrum est, qui uel cubitum stature Mat. 6.  
sue ex sese adijcere queat? Hic, inquam, decussit Chri  
stianum, contemptis suis uiribus & sapientia atque arbi  
trio, quæsisse auxilium, qui neminem suis precibus, modo  
sint ex fide, sinit iri frustratum. Qui etiam ultro ad mi- Mat. 7.  
sericordie suæ penum uos inuitat, cum ait: Accedite ad  
me omnes, qui laboratis & onerati estis, ego reficiā uos.  
En uocem plus quā paternum affectum exprimētem,  
quæ nullum hominum genus excludit, omnes pariter ad  
nuptiale prandium, dei filij uoce inuitantur, admirabili Mat. 22.  
diuine

EXPOST. IUSTITIAE

- diuinæ maiestatis consilio percussus, regiū hoc uobis con-  
 uuium præparauit, ut uel illic maxime esurientes imple-  
 antur bonis &c. Atque rursum alibi: Inuoca me in  
 die tribulationis tuæ, eripiam te, & honorificabis me.  
 En hæc quoque in Dei honorē redundare, si quando ex fi-  
 de, nihil penitus carni ascribendo, ad eū fueris precatus.  
 Ne autem quis forte opinetur, hos statim exauditum iri,  
 qui nescio quam corporis pressuram causantur, atque de-  
 plorant, cum suos (in peculium quos sibi delegit) plerum-  
 q; sub cruce laborare uelit. Filium enim quem diligit, fla-  
 gellat, atq; huic calicem crebrius propinat. Ac tantum ad-  
 se ut clament, cū aquæ ad animam usq; fuerint introgres-  
 se. Vox porrò proijcientis se totum in Christum, nihil-  
 q; non ei acceptum referentis, huiusmodi est: Dominus  
 mihi protectio, non igitur timebo, quid faciat mihi homo.  
 Atq; dein: O Christe, qui solus es protector meus atque  
 refugium, qui & solus omnia nostra curas, in quem me  
 totum proijcio: tu nosti, quid saluti meæ potissimum ex-  
 pediat. Quod si tibi iussum est, hoc à nobis onus aufer-  
 re, aufer obsecro, ultra modum namq; premor. Sin autē  
 fiat uoluntas tua, quæ non potest non esse optima.  
 Tuus quippe sum, calicem igitur in tuo nomine bibam, at-  
 q; quodcunq; iugum aut crucem mihi imposueris, feram.  
 Cumq; non modo tale quid, uerum etiam multo peiora cō-  
 meruerim, nec aliud quid sordidius ego peccator habeam,  
 quod gratuite tuæ beneficentiæ referre ualeam. Nec est

quòd externa hæc ciades me angat, qui sciam, nihil teme-  
 re aut citra tuam uoluntatem humano generi cōtingere, *Ephesi. 2.*  
 atq; me pari sorte cum potioribus huius mundi, regni tui  
 hereditatem quoq; esse accepturum, quantumlibet in an-  
 xio hoc mundo algeam, hoc quippe tua uoluit uocatio. *1. Cor. 7.*  
 Cupio idcirco uel iam dissolui, & esse tecū, tamen nō mea  
 sed tua uoluntas fiat, atq; diutius de torrente in hac uia  
 bibam. Atq; hæc tandem uox uos arguisset uere filios esse  
 Dei, hos atq; fide iustificatos. Christiani porrò est, ne  
 somnare quidem carnis libertatem, crucem autem in o-  
 mnibus, quantumuis amarā ambire. CHRISTVS  
 enim non agnoscit, qui crucem, quam & ipse tulit,  
 execrantur. Via idcirco crucis per rubrum mare, pri- *Exod. 14.*  
 mo gustu utcunq; acerbā, & non deliciarum Christiano *Hebr. 12.*  
 est incedenda. Qui enim in Christo esse uolunt, persecu- *2. Tim. 3.*  
 tiones patientur &c. VVL. Tante ó iustitia duriciæ su-  
 it nostra uita, tot deniq; immoderatis & laboribus et mi-  
 serijs referta, adeo ut nullius propemodum oratio eius ca-  
 pax esse possit, quin te palam sit, non est qui ambigat.  
 Ceterum, nuper malis auspicijs, arreptis armis, conaba-  
 mur intolerabile hoc iugum impie nobis impositum, à no-  
 bis abijcere, pristināq; libertatem, quā quidem ex Euan-  
 gelio nobis pollicebamur reparare, nobisq; ceu postlimi-  
 nio uendicare. Quā autem feliciter hoc nobis cesse-  
 rit, etiam tonsurine norunt. Enim uero stulte euitata Cha-  
 rydi incidimus in Scyllam. Amisimus porrò & nomē  
 & rem, nec desunt inter eruditos, & planè à deo doctos,  
 qui



## EXPOS. IVSTITIAE

qui animæ quoq; libertatem nos amisiſſe aſerunt. Nec  
 hoc ſatis fortunæ aleam experti, quin etiam, quos Martis  
 numerabant caſtra, maiore ex parte Charontis ad undas  
 ferro atq; bombardis ſunt proſtigati, ita ut uix unus atq;  
 alter inter nos amplius numerari queat, quem ſic miris  
 modis deceat Mauortius ille ornatus, ut iamiam è nobis  
 extinctos. Cui hoc non lachrymas excenteret, tam miſe-  
 randæ rei ſpectaculum? Hoc denique furor eorum, qui  
 ad ſupplicium nos rapiebant, nihil ſatiatus, abegerunt in  
 ſuper e pecora noſtra, quibus uel ſolis tenera ætas (no-  
 bis duntaxat relicta) ſuſtentabatur. Accesſit præterea,  
 eorum hoc quoque impietati, totus domeſticus ornatus ſe-  
 mieſt ablatus. Tum quod auferri nequibat, ut etiam ue-  
 ex atomis Vulcano conſecraretur, conſultabatur. Ita ut  
 nihil penitus præter fundum nobis relinquerent: nihil nec  
 uxorū, nec liberorum noſtrorū (è quorum tamē ſiue cō-  
 filio, ſiue ope, nihil penitus huic tragediæ acceſſerat) mi-  
 ſeria commoti, cœperūt ruruſum, priſtino etiam atrocius  
 iugum ceruicibus noſtris imponere. Cæterum quos inſi-  
 gni ſe libertate dotatū iri arbitrabantur, hos maxima ar-  
 genti uii (quæ licet poſſeſſores genuinos uel dudum ſe no-  
 uerant, quæ q; multa uetuſtate nobilitata domus impro-  
 bis laboribus, ac pio lucri ſibi parauerat) recuperare cō-  
 pellebant. Ruruſum uel è uestigio non deerat, qui hac li-  
 bertate quoque dotatum reſpoliaret, atque quod inter dū  
 fortuna (licet non omnino gratis) reliquerat, id plerumq;  
 hoſtilis manus nihil calamitate noſtra commota, mox auſe-  
 rebat.

rebat. Postremo ubi principū furor atq; tyrānis parum  
 per fuerat satiata, continuo qui eis sunt ab officijs quoq;  
 non dcerant, et ministri, quorū quisq; suæ & libidini &  
 auaritiæ frena laxans, qui & corpus & rem (quamuis  
 nihil mali esset passus) æque in discriminē uocaret, atq; a  
 deo, ut nullus penē sit, quin plus seruorum quā principis  
 pū usquam dititiam sit expertus. Eo usq; denuum hæc  
 cessit uesania, ut nulli propemodum tutò liceat ne ultra  
 limina quidem pedem ferre. Quos uero dura necessitas  
 aliquor sum iter constituere compellit, inermes incedere  
 coguntur, præsertim cum Mauortius, qui nobis forte erat  
 ornatus integer semel sit ablatu, ea certe lege, ut nulli pe  
 nitus fas sit, citra iussū principis sui, aliū sibi parare, ne sci  
 licet æquo Marte res amplius secernatur. Ita tamē armis  
 spoliati, ut nullus interim sit, qui incolumi, uel re uel uita,  
 se suos rursum usurum penates, sibi polliceri aufit. Mi  
 rum igitur profecto, quòd milites cum fortes tum strenu  
 os, nihil rubore suffundat, nos sic inermes iri trucidatū.  
 Arbitrabamur idcirco, ncs hūc in modū ad extremam us  
 q; cladem adactos, iam iam abunde satis dedisse pœnas,  
 etiam si semel pertesum fuerit reipublicæ nonnullarū pe  
 stium, delicatum otium diutius alere. IV. Dignā etenim fā  
 ctis recepistis mercedē, hoc quippe uoluit deus, clauus sic  
 clauo ut pelleretur, quos utroq; ex latere impios, sic præ  
 destinauit iri punitum. Porrò Christiani neutiquā est, hu  
 iusmodi armis fretum cum hoste congregi, imò cū proxi  
 mo & fratre. Hi enim in curribus, hi in equis, nos autē

EXPOST. IUSTITIAE

- 10an. 28. in nomine Domini aggrediamur hostem. Christi namq;  
 regnum, regnum est spiritus in cordibus credentium, atq;  
 q; non externum, quale uos somnatis, spiritu uidelicet  
 Dei uacui. Proin opere precium fuerit, ut quisquis ille  
 sit, qui sub Christo imperatore militare uoluerit, ut &  
 spiritualibus armis pugnet. Arma siquidem Christia  
 2. Cor. 10. norum non sunt carnalia, sed spiritualia. En, qualem  
 nobis depingat doctor ille Gentium Paulus, militem Chri-  
 sti castris qui sit idoneus, quibus sue armis munitum, in  
 certaminis harenam expositulet, ubi inquit: Quod su-  
 Ephesi. 6. perest fratres mei, sitis fortes per Dominum, per q; po-  
 Hier. 17. tentiam roboris illius, non ait roboris uestri. Maledictus  
 enim, qui carnem ponit robur suum. Nam quem admo-  
 dum pijs sacram anchoram non praebet, ni DEVS alarū  
 Ephesi. 6. suarum scapulis obumbret, ac scuto ueritatis suae ab ad-  
 Psal. 90. uersario & munit & defendat. Ita rursum, nec impij  
 hoc brachio freti, quicquam nocere poterunt, aut damni  
 credentibus inferre. Induite totam armaturam DEI,  
 (hic nulla fit mentio uestrae armaturae) ut stare possitis  
 aduersus assultus diaboli (non aduersus ueniris pernici-  
 em atq; crucem.) Quoniam non est nobis lucta aduer-  
 sus sanguinem & carnem (uobis porro pro carne & san-  
 guine) sed aduersus potestates, aduersus mundi domi-  
 Ephesi. 6. nos, rectores tenebrarum saeculi huius, aduersus spiri-  
 tuales astutias in caelestibus. En nec illos, hisce uestris  
 armis iri domitum, id quod ipsi, facto periculo, didici-  
 stis.

stis. Quapropter assumite uniuersam armaturam dei,  
 ut possitis resistere in die malo, & omnibus peractis,  
 stare. State igitur lumbis circumcinctis. Quid autem  
 obsecro, non obcæcata uestraratio Verbo D E I, &  
 absuit & abstulit? ita ut libertatem animæ, spiritus quo  
 que iustitiam, in eam, quæ est carnis, id est, maliciæ, ceu  
 metamorphosi quadam, immutarit, atque adeo spiritum  
 quoque D E I in Satanæ Baltheo per ueritatem. Hic  
 autem sordidissimis nugis ac ficta pietatis specie omnia  
 sunt acta. Et induti thorace iustitiæ (præ huius quoque  
 inopia etiam muscæ, atque minutissima quæque insecta,  
 facile uos ledere potuissent, omni enim ex parte hoc uos  
 conspicio detectos). Et calceati pedibus, ut parati sitis  
 ad Euangelium pacis & cætera, nõ ad excitandas tragœ  
 dias, aut uentris caussa, contristandam tranquillitatem  
 publicam. Hoc etenim (ut nihil perinde) pacificæ, id  
 est, fide iustificatæ conscientie ignorant. Charitas quip  
 p̄ ex fide quæ manat, patiens est, benigna est, non in- Roman. 5.  
 uidet, non est procax, non inflatur, non est fastidio- 1. Cor. 13.  
 sa, non querit quæ sua sunt, non iritatur, non gau-  
 det de iniustitia, sed congaudet ueritati, omnia suffert,  
 omnia credit, omnia sustinet & cætera: atque non pro-  
 pter quemlibet uentris defectum tam ilico iritatur. Ci-  
 tra quã uos quoq; (quos tametsi & hominũ, & angelorũ  
 linguis crebrius blaterare audiam) facti estis æs reso-  
 nans, aut cymbalum tinniens, quorum pedibus lucernam 1. Cor. 13.

EXPOS. IVSTITIAE

2. Pet. 5. præstitit uerbū Satanae. Pergit latius Hercules ille noster  
 Psal. 54. diuinus. Scuto fidei &c. Quam præclare de Christo  
 2. Pe. 2. auxiliatore senserint, uel maxime hinc liquet, quod non  
 modo non eorum hanc curam (secessus duntaxat, ut ita  
 dicam, frequentia consulens) in eum iecerint, uerum eti  
 am, stulte fidei clypeo abiecto, ad crassa quoque humana  
 præsidia (non secus, quam canis ad uomitum suum reuer  
 sus) descuerint. Qui enim fidem D E O non  
 denegarent? qui tanto cæcitatibus pelago absorpti, ne uen  
 trem quidem (ad temporis spaciū tam exiguum, quod  
 Sap. 5. instar præcurrentis nunciij celeritate, sese subducit) sibi  
 1ob. 7. committere audent. Quo positis omnia iacula mali  
 illius ignita extinguere (illius dubio procul, in quod nūc  
 & manibus & pedibus uos incidisse, conspiciamus, si  
 mulante nimirum uos mali illius igniculo, Satana, in  
 proximum usque adco excandescitis, atque crucem re  
 spuitis) Galeamque salutaris accipite, qua capite te  
 sto, aduersarij sagittas duntaxat frustrari queas, non  
 in ipsum ut retorqueas, malum atque malo rependen  
 do, sibi quam maxime similis efficiaris. Ait enim:  
 Pro. 20. Ne cogites, reddam malum pro malo. Spera in D O  
 Psal. 35. M I N O, & dabit salutem tibi, & cetera. Non  
 enim perpetuo piorum calumniatores super terram re  
 Pro. 2. gnabunt, quin tandem salutaris hac galea tecti, in mul  
 titudine pacis delectentur, quos nihil penitus fluxa  
 rum rerum libido, aut titillat aut discruciat. Ait enim:  
 Beati

Beati mites, quoniam ipsi hereditabunt terram. Quo Mat. 5.  
 namquidem mitissimo patri, qui uestit lilia agri, supra  
 omnem gloriam Salomonis, tantopere mortalium uni=  
 uersa sunt curæ, ut non possit non etiam sordidissimo  
 uentri prospicere. Et gladium spiritus, qui est Ver=  
 bum D E I. Hic non crucem, quam potissimum do=  
 cet, profligat. Viuus enim est sermo D E I, & effi=  
 cax, & penetrantior quouis gladio utrinque inciden=  
 te. Hic ille gladius, quamuis interdum Satane regnum Heb. 4.  
 pios ex hoc corpore, morti obnoxio, eripere sinat, non Roma. 7.  
 potest tamen non confidenter contenti, æternam ani=  
 mæ requiem parare. Hæc hætenus Paulus. Hæc,  
 inquam, sunt arma, quibus solis Christianus triumphū Psal. 90.  
 obtinere poterit. His induti, super aspidem & basiltæ Esa. 51.  
 scum tu: o ambulabunt, leonem & draconem quoque con=  
 culcabant. His dico, interfici poterit serpens ille anti=  
 quus, regnum atque Satane potenter subuerti. Ta=  
 mei si & corpus & rem crebrius discrimibus expo=  
 nant, animam tamen perpetuò incolumem seruant. Apo. 12.  
Mat. 10.  
 Hæc sunt arma, quibus strenuus ille exercitus CHRI=  
 STI dux Paulus, CHRI STI regnum, con=  
 fidenter & defensauit, & auxit, & cætera. Stulte id  
 circo, ne dicam impie, uestris uos uiribus freti, hostem  
 estis aggressi, si tamen hostis diceudus est. Malelictus Hie. 17.  
 enim, qui confidit in homine, & ponit carnem bra=  
 chium suum. Atque alibi subinde: Ne dices in cor

EXPOST. IUSTITIAE

- Deut. 8.** de tuo: Fortitudo mea, & cetera. Iam nunc uero feci  
 stis periculum, quid hæcce uestra arma citra fidem que  
 ant, simulatque CHRISTI castra, tam deli-  
 catorum natalium nusquam esse capacia. Quæ ergo  
 uobis instabat necessitas, has contra uerbum pacis ex-  
 citare tragœdias, tot denique temp'a DE I, tam hor-  
 rendis modis, ut extinguereus? Quis hoc uobis Be-  
 lial insufflauit? Fingite uestros Principes (quorum uo-  
 bis iussa, ad extremam usque corporis cladem, uelis, re-  
 misq; sunt capeßenda, dum modo Verbo DE I non  
 repugnant, DE O enim plus obediendum est, quam  
**Act. 5.** hominibus) nihil, nisi quod pessimum est, meritos. Num  
 igitur uobis statim, quod solum DE O conuenit, usque  
 pare licebit? qui dicit: Mibi uindicta, ego rependam,  
**Deu. 32.** & cetera. Ut interim taceam, quod non modo bonis,  
**Roma. 12.** uerum etiam prauis quoque dominis sit parendum, quo-  
**Psal. 17.** nam sic est uoluntas DE I, ut benefaciendo, obture-  
 tis os hominibus stultis & ignorantibus, tanquam liberti,  
**1. Pet. 2.** & non ueluti prætextum habentes malitiæ libertatem,  
**Gal. 5.** sed tanquam serui DE I. Quales autem seruituti de-  
 stinatos quosq; se erga dominos suos, ut gerant, uelit  
**Ephesi. 6.** Paulus, audite: Serui obedite ijs, qui domini sunt iuxta  
 carnem, cum timore, ac iremore, cum simplicitate cor-  
 dis ut sibi, tanquam Christo, non ad oculum seruientes, ne-  
 luti hominibus placere studentes, sed tanquam serui Chri-  
 sti, facientes quæ uult DEVS, ex animo, cum benenolen-  
 tia

tia seruientes domino, & non hominibus: illud scientes, quod unusquisq; quod fecerit boni, hoc reportabit à deo, siue seruus fuerit siue liber. En quod quisque, in quantum is dementis heri seruitutem inciderit, DEO, atq; non homini, eidem fragilitati obnoxio, seruiat, eiusque insolentias tolerando, non tam huius libidini, quam dei uoluntati morem gerat, cuius imperio (antequam formaretur in utero matris suæ) subiectum iri prædestinavit.

Quid igitur perfrictæ frontis homo, cum Deo diutius ex postulare audes? an non penes figulum potestas, ut ex eadem massa, aliud quidem uas in honorem, aliud uero in Hier. 18. contumeliam fingat? Quo nimirum ostendat iram, & Rom. 9. notam faciat potentiam suam, multa animi lenitate fert uasa iræ, appaata in in meritum, ut notas faciat diuitias glorie suæ erga uasa misericordiæ, que præparauerat in gloriam &c. Frustrata itaq; Dei uoluntati satis fieri quotidie precaris, sabbathumq; sanctificas, qui Dei uoluntati uelis remissq; tam obstinate resistis, adeoq; seductrici ratione tue frena laxas. Quid enim in quodcumq; durum seruitutis genus iniectus, hoc, Christo cum seruias, trepidas? Quid ue hanc tuam, ut iniquam sortem, diutius deploras? Dei simulatq; uocationem irritam facere stulte tecum meditaris? Hoc aliud quid te affecuturum tibi promittis, quæ iram omnipotentis Dei in die iræ? cuius te culticem ordinationi restituisse accusabit atq; reum aget, quo hic pudore suffunderis? At quomodo æquisimi iudicis huius sententiam effugies? Videte quam iniquus uobis futurus



EXPOST. IUSTITIAE

1. Cor. 7. sit uester (quem quasi deuorasse uidebamini) Paulus, qui uos in sua quisq; uocatione ut maneat, adhortatur, seruum atq; uocatum, Domini esse libertum pronunciat. Enidcirco uerbo DEI ut morem gesserint, cum nullibi non uel ex diametro secum pugnarint. O contemptores
- Phi. 3. Verbi Dei, inimici crucis Christi, quorum conatus uentri duntaxat consulere. Multa licet uos garrire audiam, de egregia uestra libertate, quæ & sanguine Christi uobis sit parta. Dicite, per Christum uos oro atq; obtestor, Christiana quæ tandem sit libertas? Certe ea non est, quam uos nunc Marte (ceu furo uobis subductam) reparare conamini, quæ cum in nullius rei commodum cedat, nisi quis forte hoc commodum afferre contenderit, q. uentri laxat frena, atq; uitijs ceu pabulum administrat. Auaritia porro, quæ inter uos ne nominari quidem deberet, tametsi perpetuum uobis comitem præstitet, huius libertatis illecebras atq; gustum potissimum exhibuit. O hebetæ demonum retibus undiquaq; irretitæ, quis uos docuit, edicite, huius libertatis usum? atq; adeo, ut DEI
- Ephesi. 1. ordinationi (cui omnem animam spiritus ille diuinus uult esse subiectam) tam impie resisteretis? VVL. Sanè alius nemo, quam quos DEVS in Verbi sui ministerium dignatus est subornare. Hi enim potissimum huius libertatis arcanum prodiderunt, hos adeo scias cum primis huc nos instigasse, nèpe sanguine Christi semel liberatos, non teneri ultra dare nec tributa, nec decimas, hæc atq; alia in
- numera

numera, ijs etiã atrociora, aurib. nostris sedulo (idq; nec-  
 cura adnuculũ scripturæ) personuerunt. IVST. Quid  
 in uerbi Dei ministros nunc culpam quoq; reijcitis? quam  
 & paulo ante in cacodemonem reijciebatis? sane bellum  
 dilemma. Scio etenim uestra uos uoluntate, atq; natua ma-  
 lita huc aductos. Alia porrò Euangelio quàm carni est li-  
 bertas: Est autem Euagelice libertatis, quasi perpetuum  
 munus, non quidem iam corpus, quin animam potius op-  
 pressam atq; captiuã e Satane retibus, ferrea fornace, ex  
 imperio deniq; & mortis & tenebrarum liberare, quã  
 uos uentre priuatoq; commodo corrumpit, alioqui sinistre  
 interpretamini. Nemo enim unquam tam fuit insanus,  
 qui ita hoc sibi habuerit persuasum, scilicet crucem Chri-  
 sti, uentri tam anxie consuluisse. Enim uero Euangelium  
 uobis (quorum cor prauum est & inscrutabile) odor est  
 mortis ad mortem, ut qui eius dulcedinem externis dun-  
 taxat commoditatibus aestumatis. Parum uel nihil à iudæo  
 rum dura ceruice distantes, qui usq; hodie, carnale re-  
 gnum futurum somniãt, simul atq; Messiam, nescio quẽ,  
 cum delitijs ac pomparum quibusdam ferculis auide ad  
 huc expectant &c. Murmuratores idcirco, quemadmo-  
 dum hi contra suum Moysen, ita & uos contra Christiũ  
 conuincimini, quorum gustum aqua amara (uobis au-  
 tem in signum contradictionis) tantopere contristat. Ta-  
 met si tandem ligno iniecto dulcescat, atq; iugum Christi  
 non possit non esse suauẽ. Porrò uestrum quotquot sunt  
 scripturas aliquando (id atq; uix primoribus labris) qui

Deut. 4.

Hie. 11.

3. Reg. 8.

Esa. 9.

Hie. 17.

2. Cor. 2.

Psal. 105.

E. 80.

Nume. 20.

Exo. 15.

Matth. 11.

EXPOST. IVSTITIAE

attingunt, aliud fermè nihil inde petendum censent ( quæ  
 spiritus laboratis inopia ) præter ea duntaxat, quæ uen-  
 tri potissimum uidentur blandiri. Hæc de impleis ( quod  
 aiunt ) buccis, ac maxime ubi Bacchi negotium agitur, ex-  
 clamant, perinde ac si soli sint penes quos sit genuina sa-  
 crarum literarum peritia, qui etiam uno ( quod aiunt ) lin-  
 gæ roratu uel sole clarius, Christiani quæ sit libertas cor-  
 ruscare queant, adeo fœcundis calicibus redduntur di-  
 ferti, licet ipsi spiritum esse persuasum habeant, qui scri-  
 pturæ huiusmodi abstrusa enodet, ut nullus interim ( quæ  
 tumuis huic uber donum Dei contigerit ) uel quicquid  
 scripturis, ne hiscere quidem ausit . Ita stulti, dum uo-  
 bis ipsis uideamini sapientes, nihil minus quàm Christum  
 sapitis . Audite potius, nemo de se arroganter senti-  
 at, supra quam oportet, sed ita sentiat quisque, ut sit so-  
 brius & modestus ( ne interim quæram uestra quoque  
 ubi fuerit modestia ) nam qui se putat quippiam esse,  
 cum nihil sit, suum ipsius fallit animum, heque dum  
 quicquam nouit . Verum hoc nihil remorati, hac istac  
 sua cæcitate pergunt, ac fide sua charitate spoliata, hu-  
 milioribus perpetuo insultant, malum malo uincunt,  
 dant locum iræ, furunt, maledicunt, irascuntur quo-  
 que, peccant, atque ita, ut uel millies solis occasum, inter-  
 terdum expectent citius, quàm proximo uel ignoscant  
 semel . Omnis sermo spurcus ex ore eorum proce-  
 dit, tota quoque oratio, scatet amarulentia, ira, tumore,  
 male-

Roma. 12.

Gal. ulti.

1. Cor. 8.

13.

Roma. 12.

1. Cor. 5.

Psal. 4.

Ephe. 4.

Pro. 28.

maledicentia &c. nec aliud quicquam præter sanguinem  
 humanum affectat. Ita ad inuicem sunt comes, misericor=  
 des, largientes, &c. quemadmodum & Deus eis per  
 C H R I S T V M quoque dilargitus est: hunc in  
 modum præbent corpora sua, hostiam uiuētem, sanctam,  
 acceptam D E O, rationalem denique cultum eo=  
 rum. Sic se non accommodant, ad figuram seculi  
 huius, sic inter pocula transformantur per renouatio=  
 nem mentis suæ. Ita non est simulata dilectio, atque  
 hos fructus fidei hæc arbor, tandem profert, ita totam le=  
 gem uno (quod aiunt) oris hiatu complent, dum proxi=  
 mum non secus quàm seipsum (dicitante hoc cæcuba)  
 diligendum clamitant. Quid autem scripturis uobi=  
 scum diutius certo? cum nihil secius agam, quàm is, qui  
 forte surdo frustra recitare uideretur fabulam, aut Euan=  
 gelici uerbi margaritum, proijceret porcis, eiusue semi=  
 na committeret saxis. Quid igitur sui cum amarici=  
 no? qui eius uirtute tantum abutitur. Num uero hos  
 C H R I S T O gratos fore arbitramini, qui uer=  
 botenus duntaxat se confitentur? Certe nullos æque re=  
 spunt, quam huiusmodi hypocritas, qui labijs tantum se=  
 colunt, quantum uis longe cor interim absit. Aut  
 enim: Filii mei ne diligamus uerbo neque lingua, sed  
 opere & ueritate. Oculi enim eius aperti sunt, super  
 omnes uias filiorum Adam, ut reddat unicuique, secun=  
 dum uias suas, & secundū fructū adinventionū eius &c.

Rom. 12.  
Philip. 4.

Rom. 12.  
Matth. 7.  
Luc. 6.  
Matth. 22.

Rom. 13.  
Gal. 5.

Matth. 7.  
& 13.  
Matth. 15.  
Esa. 29.  
Mar. 7.  
1. Ioan. 3.

Hic. 32.

Hos

EXPOST. IVSTITIAE

Matih. 25.  
 1. Ioan. 2.  
 Hos inquam non nouit dominus, qui lampadas suas citra  
 oleum parant, nec sponsi fruuntur lautitijs. Qui enim di-  
 cit, noui Deum & mandata eius non seruat, mendax est,  
 & ueritas in eo nõ est. Non enim fidem præstant aut deo  
 aut eius uerbo (tametsi pro se dimicare fortiter clamit)et  
 Hinc fit quod usq; adeo pati recusant, atq; proximũ uen-  
 tri perniciosum tam ægre ferant. Porro si quem forte  
 huius rei faciendi periculum, libido quædam titillauerit.  
 Animaduertat semel (nihil remoratus, quantumuis mul-  
 ta in speciem, atq; pia de amore in proximum eos garrire  
 audiat) quales se gerant, qualis sue demq; erga proximum  
 appareant (dum potius sibi ipsi quisq; proximum esse  
 clamitat) præsertim illic, ubi mammona, uel parum per-  
 perichitari conspiciunt. Hic inquam nusquam segni opera  
 animaduertat, ut statim Dæmoni reddantur affines, quã  
 immemores rursus scripturæ, suæ quisq; duntaxat opti-  
 mionis tenacior irrumpat. Ita ut deicere possit, eos scri-  
 pturam nunquam ne per transennam quidem uidisse. Ita  
 Matih. 5.  
 Luc. 6.  
 faciles erga proximum uidentur, dum non modo alteram  
 maxillam non obuertunt, uerum etiam hunc qui percussit  
 penitus etiam extinguere conantur. Non modo non pa-  
 Roma 12.  
 scunt inimicos, ut interim etiam occultent uenenum. Ita  
 immemores præcepti Euãgelici, capitales illi crucis Chri-  
 sti hostes, qui sic una manu panem ostentant, altera dein  
 lapidem cælant, ut non secus quàm pestem hunc quoq; fo-  
 rent execraturi, qui forte huiusmodi Euãgelij, cantilenas  
 eius esset recitaturus, pristinae q; eos sententiae admoneret,  
 ut pot:

utpote: Orandum esse pro inimicis, id quod nec ipse Christus nobis relinquendo exemplū posthabuisset. Item proximo ignoscendum, idq; in die septuagies septies, beneficiendum male facientibus. Qui enim odit proximum suum, homicida est. Hæc atq; huiusmodi scripturæ sententias (nihil memores quicquid aniealatrarint) uel anguepeius odiunt, atq; non secus quàm scorpionem detestantur. Ita ut plerumq; à Christi philosophia (ceu apostata) ad Ethnicam deflectant, deficiendo scilicet ab equis ad asinos, hunc in modum respondeant: Facile omnes cum ualeamus ægrotis cõsilia damus, tu si hic sis, aliter aliterq; sentires. Ego ne passus sim hanc uel hanc iniuriã, mihi iri illatum? hanc deniq; infamiæ labem generi meo aspergi? quid non facere deberem ne hoc admitterem? En strenuos profecto Christi milites, qui ob quamuis offensam abs se tam statim patiuntur diuelli, qui plerumq; uel primi etiam adius difficultate deterriti, à cruce desciscunt, sanè admiranda spiritus uehementia, cuius pedibus crux Christi addit alas, propitius uero Bacchus lora. Ita dum gloriose Euangelium conantur profiteri, ignominia affici recusant, stulti esse nolunt, dum modo apud Deum sint sapientes & gloriosi. Tamen dum tam impotenti animo existunt, ac Satane sursum atq; deorsum pro sua libidine parent, nihilominus interim probi (& qui spiritu duntaxat Dei ducantur) Christiani & haberi & uideri uolunt, non quod crucem Christi sic amplexari, hætenus sint conspecti, atq; iniurias sibi illatas neglexisse. Proh pudor

Matth. 5.

Luc. 23.

Matth. 18.

1. Ioan. 3.

Roma. 5.

1. Cor. 3.

EXPOST. IVSTITIAE

Gal. 5.

pudor quæ blasphemia usquam ( à pertinacissimis olim  
 Iudæis uerbo Deuillata) huic uestrae nunc posset æqua-  
 ri? Enimvero Typum duntaxat futurorum blasphemato-  
 rum (qui uos estis) hos gessisse reor. Nolunt alia re glo-  
 riari ( id quidem quod Christianorum quenq; unice de-  
 cet) quàm in cruce domini in qua sit salus, uita, atq; resur-  
 rectio. En quam pulchre hoc quadret, fatentur in cru-  
 ce, uel sola esse & uitam, & salutem, ac resurrectionem,  
 quæ licet eis tãto opere sordeat ( quod uel hinc liquet, quòd  
 citra crucem uestrum quisq; resurgere tentarit ) nihilq;  
 perinde subire recusent quàm crucem. Quæ tamen reue-  
 ra unica Christianorum sit gloria, atq; adeo, ut omnia  
 eorum quantum uis uideantur sancta, aliud sint nihil,  
 quàm peccatum, mors, ignominia, atq; confusio, simu-  
 latq; cruce ablata, certius nihil præterea exitio posside-  
 ant. Tametsi nullibi æque trepidare, terga uertere,  
 nusquam denique minus uos consistere cõspiciam, quàm  
 illic ubi crucis aliquod, uel uestigium uobis subeundum  
 sese offert. Cuius quidem rei, hac re uel sola nuper cepi  
 gustum, dum uestrum nullus non ad arma profiliret,  
 deliciarum atque partes, inuita cruce strenue defende-  
 ret, licet terga, frontispitia atq; adeo, totum fermè cor-  
 pus undiquaq; cruce signatum conspiciam, idq; ex amba-  
 bus partibus, solaq; colorum diuersitas, ab inuicem uos  
 discernat. Eheu quod ex cruce C H R I S T I,  
 sit ludibrium? O quam audax malum, quis enim tale  
 quid uidit unquam, crucis C H R I S T I inimicos,  
 tam

tam callide latitare, eius quoque se signo munire? En do-  
 mesticos inimicos . At certe subdolum hoc T à suppli Nume. 23.  
 cio uos nō liberabit, neq; etiam, ad serpentem, impius ille Ioan. 3.  
 atq; fucatus, sanabit aspectus, neue postes agnino sangui EXO. 22.  
 ne aspersi, asylum uobis præbebunt : En igitur obsecro,  
 quanto animarum exitio, se Dæmon in Angelum lucis 2. COR. 11.  
 transfigurarit, quos deniq; sibi regenerarit filios? qui uel  
 perpetuo sub crucis titulo non iritati latitassent . Iam nūc  
 uero sese omnibus palam fecit uestra ( quæ iam diu deli-  
 tuit ) nequitia, ita ut etiam contra seipsum uestrum nunc  
 quisq; ferre sententiam compellatur . Quare audiat  
 nūc qui hoc fucato animo C H R I S T V M pro Matth. 7.  
 fitetur : Non omnes qui dicunt mihi domine, domine,  
 intrabunt in regnum Dei, sed qui faciunt uoluntatem pa- 1. COR. 1.  
 tris mei, qui est in cælis . Euangelium porrò ( quod uo-  
 bis scandalum est, eo quòd non creditis ) planè aliud non  
 est, quàm uerbum crucis, uos quippe nihil minus sustine-  
 re uultis quàm crucē . Præterea dictum est hætenus ( idq;  
 reuera ) Satanam crucem fugere . Idcirco quid ni eius et  
 filij p omnia similes suo parenti, crucē quoq; trepidarēt .  
 Proin amolimini uos hinc, uestras enim ineptias diutius  
 ferre ne utiquam potero . Abite, alijs quippe nunc rebus Matth. 23.  
 obligor, simulatq; pergite dare Cæsari, ad Cæsarem quæ  
 spectant . Quandoquidem nec ipse Christus recusarit da-  
 re didrachma, dein Deo quæ Deo potissimum congru-  
 unt . Is enim ut gentilis quispiam Cato censuit ( siquidem  
 animus est ) maxime pura mente uobis erit colendus, hoc  
 est, fide,



EXPOST. IUSTITIAE

- est, fide, qua sola purificantur corda. Deniq; uestri quisq; hoc rancore exuto, potestati supereminenti subditus esse, ne recuset quidem. Atq; unus alterum perpetuo honore precedat, nec sit alteri suum honorem qui inuideat, adeoq; pacem habete cum omnibus hominibus, quoad fieri poterit. Ceterum spiritu qui seruet Christianus, qui timere possit corpori, eiusq; que corporis sunt, non ut deo. Nihil quippe moror, hypocraticam hanc uestram libertatem. In libertate porro qua uos Christus liberos redidit, potius stete, nec sit ea qui uos defraudet, in pristinam atq; uos seruitutem, rursus qui redigat. Hec inquam sola uestra est libertas, atq; opulenta requies, quae dudum Christi uobis sanguine parta uestro tam inopertuno officio, amplius non eget. Caueat idcirco quisq; ne intermissa iam bella pro libertate, aut anime aut corporis, rursus uel unquam moueat, quin Deo huiusmodi uersa committat, qui solus (precibus interpellatus) Babyloica huius captiuitatis (qua hodie uos quoq; premi conspicio) cathenam disrumpere poterit, cui uestri conatus, nec minimum quidem nocere poterunt. Quod autem nunc restat, credite, ut fide iustificati, pacem habeatis apud Deum, non quidem quemadmodum mundus haecenus dare consuevit. Ac cum Daude cupientes dissolui dicite. Domine aduena ego sum apud te, & peregrinus in terra aliena, sicut omnes patres mei &c. Sed e hodie ne hoc subinde praeteream, foedi fragi, num etiam aliquando uobis cordi fuit prestare, quod quisq; erat pollicitus? En quod
- Matth. 22.  
Mar. 12.  
Matth. 17.  
Act. 15.  
Roma. 12.  
Heb. 12.  
Gal. 5.  
Esa. 32.  
Roma. 5.  
Ioan. 14.  
Eccl. 10.  
Psal. 38.

quod scissa quoque iuramenta, crudeli uos Cerbero repræ  
 sentabunt. Nonne sermo uester ( ut Christianorum ) esse  
 debuisset, est est, atque rursum non non? An ignoratis etiam  
 am ipsum Christum, qui non potest non esse fidelis, ue-  
 stra iuramenta quoque uelle indisfracta, quantumuis ho-  
 minibus duntaxat, sint præstita? Sed abite uestrum utraq;  
 ex parte habituri iudicem, cui redditurus est de minimo  
 uerbo, non necessario prolato, quisque rationem, qui etiam  
 daturus est unicuique secundum laborem suum, iustam mer-  
 cedem. Oportet enim, tempus breue est, uos omnes sisti  
 ad tribunal æquissimi iudicis, atque is solus, æquam de uo-  
 bis laturus est sententiam. V V L. Sed heus heus tu iusti-  
 tia, nihil ne interim de Episcopis, Sacerdotibus, & reli-  
 qua huius generis sentina faciendum statuis? à quibus  
 non modo ad corpus, uerum etiam, ad animæ usque me-  
 dullas, grassatum esse, uel pueri passim proclamant.  
 Num & hi quoque diutius impune regnaturi, quorum  
 tyrannis non semel quidem, sed pluribus modis tum ani-  
 mæ, tum corpori obsuit? Proin si nihil aliud, at saltem  
 hoc assequamur præsta, ne animæ pabulum, quod est dei  
 uerbum, incepta hypocrisis diutius nobis subducatur, pre-  
 mimur enim ad rauium usque miseri fame, non quidem pa-  
 nis, sed audiendi uerbum Dei. Dein cæteris de rebus quæ  
 modo corpus attingunt, utcumque boni consulturi. I V S T.  
 Quis me denuo uult, aut quid est, uobis quod prætereare  
 stat. Itane diu uesana hæc turba, mihi futura est molestas.

E Sed

Matth. 5.

Psal. 144.

1. Cor. 1.

E. 10.

Matth. 12.

Matth. 20.

1. Cor. 3.

1. Cor. 7.

Roma. 14.

2. Cor. 5.

Amos. 3.

EXPOST. IUSTITIAE

Ephe. 6.  
Heb. 4.

Sed quid tergiuerfamini? quidue est quod clanculum uobiscum sic mussitantes loquimini? accedite citius, atque edicite. Num & Episcopi uestris agris usq; adeo sunt infensi? aut hi quoq; arma in uos uertunt, quos tamen alia neutiquam decent, praeter ea quae sunt spiritus, ut quibus anceps ille gladius, uerbi Dei, in manibus sit necesse, ut gladio oris duntaxat rebelles, aut Christi gregem infringentes aduersarios conuincant. Quid hoc est? Num hi occidunt, quorum munus est sanare? quod hoc monstrum. Idq; uentris duntaxat gratia? Enim uero putaram, illos (qui se esse de sorte domini ubiq; gloriantur, atq; nihil penitus habere commune, cum anxio hoc mundo, id quod adeo religiose docent, ita ut nulli prorsus fas sit, citra discrimen & anime & corporis, uel quenquam ex eis modo tangere) nihil penitus teneri sollicitos, de ijs quae mundi sunt. Sed uideo quod tota nunc Christi religio, funditus semel extirpata, omnino in peregrinum morem cesserit, ni uos illic ueritatis aliquam commiseritis iacturam.

VVL. Vera sunt omnia. Quin et abbates, monachi, caeteriq; rasura duntaxat clari (qui licet alioquin imundo mortui esse & haberi, & uideri uelint, ita sanctitatis specie omnia tegunt) nihil prorsus a reliquorum principum libertate distantes. Tributa, decimas, atq; quicquid hoc tantum est, quod nostratiū hodie Episcoporum pompas, delicias, Epicuro cupiam non aspernandas, fouet, copiose accipiunt, plus atque interdum, quam uix ullus maximorum etiam principum. Ita uoti sui immemores, sub paupertatis

pertatis pallio, etiam ipsis principibus passim nunc uiden-  
 tur ditiores. Tantum præterea à sacrosancta sua isthac  
 professione aberrant, ut etiam omni deliciarum genere,  
 undiquaq; affluant, quæ omnia fucus ille paupertatis mi-  
 rifice celat. Est præterea & aliud quoddam sacerdotum  
 genus, quod mundum abnegasse uideri uult, quorum quo-  
 que delicias (quarum persicæ adhibite, uix umbram re-  
 præsentare quirent) manuum nostrarum sudores fouet.  
 Qui tamen si paupertatem æque prætexant, ægre tamen  
 (maxime uentriculosiorum) mille florini sumptibus an-  
 nuatim satisfaciunt, non tamen prorsus abre, cogentur  
 enim (id quod uel solum eorum muneris est) nescio quod  
 turgidi uentris monstrum, perpetuo saginare, quod ui-  
 lora & esculenta & poculenta, non admittit, ac non ni-  
 si lautissimis quibusq; delectatur: amat tantum, ne ctærea  
 pocula, ueteraq; falerna, quæ licet in die, uel centies admo-  
 ta, in gluiem tamen, atque ardorem extinguere neque-  
 unt. Qui enim tam exigua argenti uis, tam delicati atque  
 edacis portet sumptibus sufficeret? Ut interim taceam,  
 quid quoq; pomposæ Veneres intercipiât, quas quidẽ ma-  
 ximo hætenus sibi parare cõsueuerunt. Quid deniq; tot  
 delicata mancipia, splendida quoq; cõuiuia huius bestie,  
 neruis exugunt? Demum quid regia ædificia, quæ uel sola  
 Cræsi cuiuspiam loculos exigunt. Ita in totum sese Epicu-  
 ro addixerunt, ut non admodum blandiri queant, pena-  
 tib. quantũuis propitijs, humilioribus in casulis. Ita orci  
 memores, amplissima, ad oculorũ usq; delicias exornata,

EXPOST. IVSTITIAE

extruunt hypocausta, regibus apta tabernacula, in quibus tamen nihil deprehendere possis, quin probe, Epicureorum Academiae respondeat, eos atque praecceptorum suorum discipulos haudquaquam immorigeros arguat. Nihil enim illic esse sinunt, quin tactum, gratissimo odore nares reficiat: aspectum, oculos pascat: auditum, aures demulceat, atque adeo omnibus sensibus blandiatur. Quorum amoenitate freti, etiam Nestoreis diuturniora uita sua, seculum polliceri audent, nihil interim dei memores, tamen si quotidia huius cantilenae boatum audias. Media uita in morte sumus & c. Dies domini sicut fur in nocte, ita ueniet, quia percusserunt foedus cum morte. Nec hoc tamen penitus improbare potero, praesertim cum id ipsum, animalis huius tum latitudo, tum longitudo, tum denique & pinguedo & profunditas, maximopere efflagitet. Nimirum, quo citius superior atque inferior halitus euanescent, conuiuio atque (quos sibi familiares asciscunt) minus forte sint ingrati, loquimur enim ut Coloni, nulla ciuilitate assueti. Ut praeterea am interim, omni herbarum genere refertos hortos, quorum quoque delicias recensere, ni periculum esset, ne hic satis sit dies, tum tibi audire molestum, si tanta coram te uerius quendam illic Machometum, quam Christi uicarium quaereres. In quibus mollia hinc inde mancipia, impudica muliercule (Veneri duntaxat destinata) deambulante solet, affatim atque dilargiri basia, quae quoque crumena morbum,

1. Thesta. 5.  
Esa. 28.

morbum, ceu pestem quandam execrantur. Non enim te-  
 mere sui quibusuis copiam præstitant, nisi subinde arre-  
 pto marsupio, auem iam amplius amittere non queant.  
 Tum creberrimis munusculis, ac non nisi superbissimo  
 micro, ad satisfaciendum eorum libidini, & pelliciuntur  
 & acceduntur. Nulla interim ratio habetur pauperum,  
 dum adeo pie Christi cleemosynam deuorant, tametsi,  
 plus decies interdum fores pultent, plerumq; tamen ina-  
 nes, obstante Venere, recedere coguntur. Quamuis inter-  
 dum, Pharisaico supercilio commoti, inopi, fragmentis  
 aut micis, quæ cadunt de mensa eorum, duobus tribusue Luc. 10.  
 obolis succurrant, tanto hoc sit strepitu atq; pompa, ut Matth. 6.  
 dubium non sit, quin (ceu auræ popularis captatores) ab  
 hominibus iam recipiant mercedem, tantum non utun-  
 tur tuba. Cæterum nihil non faciunt, quo hominum se con-  
 spectibus commendare queant. Quo quidem fit, ut nihil  
 illic esse admiratione dignum, facile nobis persuaderi pos-  
 sit, cum uix Darius quispiam, aut eò fortassis nummator  
 regni huius paupertatis fucum, ita tegere quiret. Tamen  
 deierare ausim, quòd tota hæc nostræ tempestatis Sacer-  
 dotum sentina, superstitioniores illis non habeat. An Pau-  
 lus quoq; huius ordinis hominum autor extiterit, nõ dum  
 nobis satis fit. Ni forte, Timotheus aut Titus, Paulino  
 præcepto immorigeri, has quoq; uepres succrescere ad-  
 miserint, cum Paulus clamitet: Non multi nobiles &c. Id  
 quod hodie inuersum conspiciamus, id est, plures nobiles.

EXPOST. IVSTITIAE

Tales quippe qui non sunt, huius paupertatis pallium non merentur. Oportet enim, ut quisquis ille sit, qui sub hoc sanctae matris pallio, aut delitescere, aut saginari uoluerit, ut stemmata, primum literis, multa uiciustate nobilitatis: dein quod grauius est, quoque iuramento, & comprobet & obtineat, alioqui suae sortis participem esse non sinunt, quantumuis forte egregia is eruditione, morum grauitate, aut uitae sanctimonia praestet. Huiusmodi enim ita (miserante Deo) ab hoc deliciarum foco excludunt, suoque contubernio dedignantur, quemadmodum doctos quosque uel angue peius odiunt, ut etiam inter exremae sortis homines, apud illos passim purpuratos clericos, numerari uidcas, nullaque non ancillarum subire officia. Tametsi inter eos quoque interdum reperire sit, liberalitate qui sint clari, ita tamen, ut non nisi pessimi quique odio bonorum quos ceu sexagenarios quosdam eponit deturbare consuerunt, eorum liberalitatem sentiscant. In quibus aliud nihil, nisi immodicam uenerem, bibacitatem, inter prandendum quoque obscenas fabulas, ceu

1. Timo. 3.  
Titum. 1.

praeclara quaedam facta suspicere solent, atque ita Paulino stomacho blandientes, uidentur hospitales etc. Sum praeterea tot huius farinae sacerdotum genera, quot ferme serpentum, qui omnes hoc pallio tecti, misere nobis imponunt. Non enim tanta inter eos, sectarum diuersitas, quanta Deorum. Nulla quippe est inter eos secta, quin proprium sibi DEVM somniarit. Vnus enim proficitur

fctetur Franciscum, alius Thomam, tertius Augustinum,  
 aut Dominicum &c. Ita ut si quis sit, qui illorum alicuius  
 numen, sibi propitium polliceri ausit, non admodum ma-  
 gni referre putet C H R I S T I patrociniū,  
 quamuis hunc solum mediatorem inter D E V M  
 & hominem, Paulus pronunciet. Quis huic quoque  
 impietati modus? cum Paulum adeo acriter, hos refel-  
 lisse legamus, qui dixerant: Ego Cepha, ego Apollo 1. Cor. 1.  
 &c. Quod si ergo impium est, aut Paulinum, aut Pe-  
 trinum uocari, quanto magis impium fuerit nuncupa-  
 tum iri Franciscanum aut Augustinianum? cum tanto in-  
 ter se interuallo Paulus & Augustinus, Petrus & Fran-  
 ciscus distent. Quid autem hoc aliud est, quam stulte  
 cum perditio lucifero, C H R I S T V M de sede  
 exturbare conari, Satanam atq; eius uice adorare? Neq;  
 dum statim huius catalogi finis. Sunt rursus alij, qui par-  
 tim cruce rubra, partim aut alba, aut nigra, superciliosi,  
 in religiosorum hoc albo quoq; numerari solent, qui ta-  
 met si phaleratis mirifice delectentur caballis, toti plerūq;  
 ferri occupent aciem, ingens equitum numerus terga  
 claudat, utantur ferro, guttura quoque non raro laqueo  
 frangant, atque adeo nulla Phalaridis negligant offi-  
 cia. Tamen crucis hoc prestigio freti, & paupertate  
 & religionem (nescio quam) prætexere audent.  
 Licet emicantibus iam Euāgelicæ ueritatis hincinde scin-  
 tillulis, non pauci hoc ipsum imposturæ genus senti-  
 scant,



EXPOST. IVSTITIAE

scant, ac turgida hæc monstra diutius saginare recusent,  
 hos autem (quemadmodum nulli principum potentia ce-  
 dunt) tormentis, quibus quoq; ipsis licitoribus non sunt  
 inferiores, compellunt, ut uelint nolint, possint nec ne, hoc  
 eorum utiis pabulum administrent. En idcirco quot sa-  
 cultatularum nostrarum, patiamur pestes? quæ non pos-  
 sunt non cum animæ, tum corpori exitium afferre.  
 IVSTITIA. Perij, quid audio? si modo uera, itane in-  
 tam diuersa membra, Christianismus uester, hodie disci-  
 sus iacet? O regnũ Satanæ, ò potestatis tenebrarum exe-  
 crabilis pompa, quid enim non aduersus Christi regnum  
 moliri audes? itane utroq; pede genuina Christi religio  
 claudicat? ò pestes, meruæ dudum, ut quæ omnium cal-  
 culo atque mambus ad extremos usque indos portaren-  
 tur. VVL. Ah non modo sic impune regnant, uerum  
 etiam, merces eis statuitur è publico, quæ etiam ex labo-  
 re manuum nostrarum plerumque extorqueri solet.  
 IVSTITIA. O pernities reipublicæ Christianæ, quid  
 obsecro uicissim reipublicæ desudant, qui domos uidua-  
 rum, sudoresq; pauperum sic deuorant, idq; ut audio in  
 summis deluijs? VVL. Quid rependerent, sacrifici-  
 cant, idq; dissimili numero. Dein recitant quotidie,  
 atq; id antequã sacrificet, sub maledicto summi pōtificis,  
 nescio quas preculas aut uerius ex uarijs rapsodijs cento-  
 nes, quas ipsi quidẽ Horas canonicas appellunt. Ita tamẽ  
 ut raro uideas, qui hoc ipsum qd' secũ mussitet, intelligat.  
 Adeo tamen anxie, quantumlibet inanem uerborum hũc  
 strepi

Matth. 23.

strepitum & obseruant & admirantur, ut nihil perinde eis ciat nauseam, quàm si quis incassum eos orare atque bonas horas inutiliter cum eis perdere, dicat. Hic eorum labor, hoc opus, quod in Republica Christiane compendium uicissim uertunt. **IUSTITIA.**

Quos uero interim Verbo **DEI** promulgando praesciunt? **VVLGVS.** Hypocritas Satyrographos, demptis paucis, suorum ipsorum praedicatores, cauponatores uerbi **DEI**, qui aliud fermè nihil quàm quod Romano Pontifici sic uisum est, attingunt. Nec aliud praeterca habentes in ore, quàm discrimina hæc & ciborum & dierum, ne scilicet Papisticarum bullarum rumor, ut nullius momenti, atque crumene duntaxat consulens, euaneascat. Aut ne forte Romana culina pristinis lauticijs defraudetur. Alia denique sexcenta huiusmodi animarum barathra, conscientiarumque carnificinas, atque novos subinde **DEI** cultus excogitare & tutari nusquam desistunt. Quo quidem aliud affecuti sunt nihil, quàm quod solius fidei erat, iam coeptum sit attribui operibus, immemores: Puris omnia esse pura, atque adeo omnia citra fidem, quantumuis in speciem bona atque sancta, esse peccata, cum sola conscientia **DEO** fidens, quiescere queat. It. impij iustitiarum **DEI** creaturas, quibus ipsi uel soli abutuntur, contemnunt. Atque subinde porrò sacerdotibus, quos ipsi sic uocant, fas non esse, legitimos degustare thoros, nulla licet interim adsit Scriptura, quæ uel apicem huius somnij tutari posset.

Tamen suis duntaxat Prædicamentis, Scotiq; loquaci at  
 que odiosa argutia freti, non secus quàm aram & so-  
 cum tutari pergunt. Malunt enim (ut cauteriatas habent  
 2-Tim. 4. conscientias) contra Apostoli consilium uri, quàm legiti-  
 2-Cor. 7. mam experiri uxorem: fornicari, quàm procreare libe-  
 Gene. 35. ros, CHRISTIq; templa adaugere: aliena la-  
 Roma. 13. befactatum iri connubia, quàm citra offendiculum domi-  
 Deut. 23. fouere, quod huic suæ fragilitati succurrat. Ita stulte,  
 Roma. 14. traditionum hoc humanarum, ueneno corrupti, casti-  
 2-Cor. 6. tati conantur consulere, quo liberius interim Veneri la-  
 xent frena, in tot denique uitiorum portenta labantur.  
 Atque ita ut uix ulli liceat (stimulante eos carnis ignicu-  
 1-Cor. 5. lo) aut uxorem, aut uirginem incorruptam domi seruare,  
 Ephesi. 5. adeo immemores huius Pauline uocis: Quod nec scorta-  
 tores, nec adulteri, capaces sint hereditatis regni Dei.  
 Tamen adeo stolide cum fatuis uirginibus lampadas has  
 suas citra oleum, & fidei & Verbi DEI, admirantur,  
 ut etiam nihil diffidant se more Gigantum uel mox celo  
 bellum illaturos, illincq; summum Iouem (iuxta Poëta-  
 rum fabulas) expulsuros. Sic semetipsos proprijs suis  
 figmentis & seducunt & perdunt, ut non inscite, locum  
 hic habere possit prouerbiū, quod & priscis quoque su-  
 it in delitijs, scilicet: Turdus sibi ipsi cacat malum. Ita  
 & nusquam dissimili ratione hoc modo à Venere sibi tem-  
 perantes, & proprijs adinventionibus sibi ipsi sunt exi-  
 tij autores. An non hoc mea iustitia, extreme sit demen-  
 tiæ, tale quid polliceri? Quod quamuis in sua potestate  
 non

non fit, ait enim: Sine me nihil potestis facere, & cetera. Ioan. 15.  
 Malle potius Christi membra commutatam iri in mem Roma. 6.  
 bra scorti, quàm cum reliquo Ecclesie corpore, iuxta uer 1. Cor. 6.  
 b̄ DEI præscriptum eis pie uti. Tamen adeo religiose  
 aniles hasce fabulas obseruandas suis creberrimis & uer  
 bis & libris docent, ut continuo sit Hæreticus, qui uel  
 latum, quod auunt, digitum ab eis discedere ausit, aut cõ  
 trã uel mutire. Quod si porrò quempiam tale quid co  
 nantem deprehendunt, hunc nihil contati, confestim in  
 star putridi membri à reliquo Ecclesie corpore rescan  
 dum curant, cum excommunicando, quod auunt, traden  
 doque Satane. Quòd si uero quis roget: Quidnam ta  
 lis sit meritus? hunc clamant, nescio quid contra sacro  
 sancta Patrum statuta, quæ ipsi interdum plus habere  
 ponderis, quàm usquam Euangelium, sancte iurant, moli  
 ri, cæque infringere conari. Ita mordicus patrum hu  
 iusmodi statuta tenent, ut etiam quiduis citius eis persua  
 dere queas, quàm ueteres uel minima in re, à recta deuias Ephesi. 4.  
 se. Ea denique potentia uetus ille Adam, quem non pa Col. 3.  
 tiuntur interire, inter eos regnat, ut nihil perinde admit  
 terere recusent, quàm omnes homines esse peccatores, hy  
 pocritas, gloria DEI uacuos atque mendaces, adeo de ho  
 mine non desperant, quemadmodum potens est malum Roman. 3.  
 hypocrisis, ut etiam nihil prorsus de eo recedentes, & Esa. 9.  
 præclare de eo sentiant, nihil denique non eius uiribus  
 (tamei si soli D E O omnia accepta efferre oporteat)  
 ascribant. Mira profecto atque non tam impudens, q̄  
impia

EXPOST. IUSTITIAE

impia, & arrogantia & temeritas, quæ id quod solius Creatoris sit, Creaturæ ascribere aufit. Currus, quod in prouerbio est, bouem ut trahat, efficere conetur.

Quo quidem quid magis impium esse possit, non uideo. Hoc quippe ex Scripturis satis liquet, atque ita ut nullo egeat penicillo, id quod etiam nos coloni, uincatores, sartores, fabri, textores, sutores, fullones, cuiuscunque tandem sint ordinis, ad hoc licet fortassis non uocati, Scripturis obtinere possemus, nempe Carnem, DEI esse inimicam, nihil se dignam posse, ne cogitare quidem.

Roma. 8.

Cum tantam integritatem atque innocentiam ignis ille acquirat, ne quid humectum terre uicue adsit, quod crepitu & fragore ciaculatum oporteat. Ita ut uix reperias usquam, qui modo ulla se parte agnoscat, qui animum ad DEI contubernium attollere aufit. Nolunt tamen tam misere Scoticarum subtilitatum ueneno infecti, Patrum quoque scripta Scripturarum amissi, qua non est certior ulla, iri dijudicatum, cum è lacuna ille desumptus li-

Hiere. 2.

Esa. 13.

Bar. 3.

quor, crebrius inficiat, quam doceat. Malunt enim citra delectum è lacunis, quam fontibus haurire, clamitet usque licet Christus in Propheta: Destituerunt me fontem uiuum, & foderunt sibi lacunas &c. Sima, atque inuitatrix hæc Euangelij uox: Venite ad aquas, & caete

Esa. 55.

ra. Ut autem aquam quæram in mari, ex multis atque unum aliquem Scripturæ locū proferam, qui nobis humane rationis lucellum uel parumper exhibeat. Non temere propheticae tubæ clangor huiusmodi intonat: Israël,

in te tua perditio, in me tantummodo tua salus, & cæte Ose. 13.  
 ra. En uocem satis iniquam arbitrio humano (sed ani  
 malis homo, qui erubescere nescit, maxime hæc uipera  
 rum progenies, non percipit ea, quæ sunt D E I) quæ ita 1. Cor. 2.  
 nihil salutis, ut interim etiam confusionis plurimum pe- Hier. 3.  
 nes hominem statuat. Ut interim præteream reliquum Mat. 7.  
 Scripturæ sententiarum mare, quod forti spiritu huma Eccl. 12.  
 næ naturæ imbecillitatem ubiuis ferme commemorat, id  
 quæ tam dilucide, ut etiam uel manibus hoc ipsum quis  
 atrectare possit, quid sentiendum sit de uiribus, sapi-  
 entia, iustitia hominis. Mirum igitur profecto, qui ta  
 men contra Scripturæ loca usque adeo aperta (ut etiam  
 uel cæco perspicua esse possint) reclamare ausint. Dixe  
 ris forte, pulchrum esse, in suum ipsius sinum introspu  
 ere, atque nos stulte festucam ex proximi oculo extrahere. Mat. 7.  
 Fatemur o iustitia, nos quoque ratione ac sapientia no Lu. 6.  
 stra misere seductos, contra te arma arripuisse, ac ma  
 xime ab ijs, penes quos clavis David resignata esse uide-  
 batur. Nunc porro, factio periculo, cautiores (quos Esa. 22.  
 D E V S sic passus est labi, ut fortius inde discere- Lu. 11.  
 mus fidere, abiectoque suo Verbo, nos corruisse) agno-  
 scimus nos quoque peccatores atque impie (qui fidei la-  
 borarint inopia) contra D E I uerbum ad arma pro  
 siluisse. Idcirco contra nos ipsos iam palam sententiam  
 ferimus, quos tametsi D E V S, id quod dubium  
 non est, huic tragœdiæ prædestinavit. Quid amplius  
 igitur

EXPOST. IVSTITIAE

Pyo. 24.  
 Lu. 17.  
 Mat. 18.  
 Lu. 15.  
 Esa. 56.  
 Hierc. 23.  
 Mat. 5.  
 Lu. 14.  
 Psal. 104.

igitur nos uis facere? Possessiones enim nostrae campum  
 Elysiu dudum uiderunt. Cadit quippe septies in die  
 iustus, & tamen resurgit: simulatque relinquuntur no-  
 naginta nouem oues, ac unius morbide ratio habetur.  
 Nunc igitur restat, ut & nos quoque DEI miseri-  
 cordia illuminati, pedem referamus, id quod multo prae-  
 stantius est, quam iter male institutum pergere, si modo  
 quis nos, nihil nisi pessimum meritos, ulla misericordia  
 arbitratur dignos. Porro praedestinationis DEI oso-  
 res, qui tametsi CHRISTI gregem & disper-  
 gant & occidant, uias atque tantum suas sequantur, au-  
 ritia a minimo usque ad maximum sint obcaecati, pasto-  
 res tamen atque sal terrae se appellitare audent. Non a-  
 liunde esse fatorum hanc iracundiam, quam quod eis quo-  
 q; acerbior haec tragœdia, quam ipsi forte optarint, exi-  
 terit. Hoc ipsum atq; clypei uice obijciunt, quod im-  
 pie ad se pertinere, suo more torquent, scilicet: Nolite  
 tangere Christos meos, uel ut ipsi dicunt, somniando,  
 nescio quod carnale oleum, unctos meos, quamuis hoc o-  
 leum spiritus, quo se unctos iactitant, sedulo & conte-  
 mnant & contristent. IVSTITIA. Probe quidē,  
 sed obe disumpor. VVLGVVS. Postremo (ut re-  
 uertar eò, unde sum egressus, idq; quod institueram, ab-  
 soluam) ne quid forte impietati desit, quos syncerioris  
 Theologiae professores deprehendunt (quibus forte ube-  
 rius quam ipsis DEI donum contigit) hos odijs, dan-  
 destinis insidijs, sedulo infestant, atq; interdum hac istac  
 sua

sua pietate commoti, parant etiam uenena, quousq; totius  
 reipublicæ Christianæ dispendio, aut penitus extinguant,  
 aut saltem in exilium trudent. Malunt enim sanctissimi  
 homines animæ quàm corporis commisisse naufragium, ne  
 Irus scilicet esculenta paret, dubiâque eis cena auferatur.  
 Eo tamen usq; simplicitate nostra abutuntur, ut nihil minus  
 ad se pertinere putent, eosq; ut Theologos, decere, quàm,  
 clauum, quod aiunt, clauo repellere, ac solius Scripturæ  
 argumentis pugnare. Ita, ut hunc ceu malum omen  
 execrentur, qui Scripturis duntaxat cum eis cuperet  
 decertare, in eorum atq; harenam eos prouocare auderet.  
 Tam longe lateq; etiam à priorum consuetudine aberrant,  
 qui cum ubiuis modo Scripturis, non plumbeis  
 gladijs, aut frigidis argumentis, ense, tormentis deniq;  
 uarijs, contra Ecclesiæ hostes decertarunt, ut etiam plus  
 officij illic habeat, uel Vulcanus aut licetor quispiam,  
 quàm Scriptura, quæ tametsi sola sit, quæ impios  
 conuertere possit, atq; per alios requirat. Ita impudenter  
 se pro patribus ingerunt, quos licet maior pars inter eos  
 nunq; ne uiderit quidē, ut nō raro uel ipsi patres cōtra  
 eos sententiã ferre possent, quos etiã superstites sibi nō  
 pateretur illic maxime patrocinari. Tametsi inter dū  
 & ipsi unum alterūue scripturæ locū enodare tentēt,  
 hunc sic mutilāt, ac iuxta Lesbiã regulã extendūt, adeoq;  
 in peregrinū sensum deflectunt, ut nihil minus illic remaneat  
 q̄ Dei uerbū. Ita uerbi dei balsamum deprauāt, aurū  
 uertunt in scoriam, uinum nouum utribus uetulis committunt.

Eccle. 24.

Esa. 1.

Mat. 9.



EXPOS. IVSTITIAE

- tunt. Genuinā deniq; spiritus sententiā & corrūpunt & perdunt. Eo usq; demū serpsit Scoticarū hoc subtilitatum uirus, ut nihil non humanæ rationis sententiæ uerbo dei assuendū existimēt, quantūuis Scriptura reclamet, atq; hoc ipsum repudiet, dicendo: Nō addetis ad uerbū, qđ uobis loquor, nec auferetis ex eo quicquā. Demum orationē ita temperant, ut ne scintillula quidē puri dei uerbi reluceat, ac tantum omni conuictorū genere referta, nō modo non doceat, uerū etiā iritet. Ita abiectos non reuocet, ut etiam pfliget, & grotos penitus exiuguet, cōfractos amplius dissipet, ita ut nullus sit, qđ uel pilo melior recedere queat. Hec atq; huiusmodi, quæ sanctitatis opinio iā diu texit, iuxta
- Deut. 4. & 22. Ezr. 34. 1. Tim. 3. Ioh. 16. 2. Mach. 6. Psal. 82. & 54. Mat. 15. Mar. 7.
- Pauli uaticiniū tandē emergunt, ita ut corū stultitia omnibus iam palā fiat. Tales quippe qui sunt, qui hos uerbo dei dispensatores quantūlibet fideles, adornare fugā, aut adhortantur aut cōpellunt, putant se operæ preciiu facere, atq; sublimius quid etiā ipso Paulo in reipublicæ cōpendium attulisse, deoq; planē præstitisse obsequiū: nullos deniq; nō Herculis labores insumpsisse. Gloriantur enī hydrā se lerneam, aprū Erymanthium (atq; hunc reuera, qui de uastando agros, uentri duntaxat oberat) auem Stymphalidem, tot deniq; bestiarū portenta trucidasse. Ita fucatus atq; ipius ille religionis nitor, Antiochus (qđ hoc: Nihil nō aduersus dei Testamentum & excogitat & molitur) suas nobis traditiones pro dei uerbo puro atq; fideli, obtrudit, atq; adeo pro melle sel atq; uenenū: calice Christi, Babilonicum, in quo nihil nisi sulphur & sæx, æternæ male dictionis

dictionis continetur, propinat, ut nō ab re hic Paulus quis  
 piam exclamare posset: *Cauete canes, cauete malos opera  
 rios: cauete circumcisionem. Nihil enim edificāt, quin rur  
 sum sit demoliendum: nec aliud quid docent, quā ea, quæ Phil. 3.  
 plus p̄fuerat ignorasse, ac mox dediscenda. 1VS. Occidi,  
 quod indignum facinus audio, cheu, quorū sum serpsit Sata 2. Cor. 10.  
 tanæ hoc uirus? uæ extreme huic insanie, hoc ipsum a=  
 deo, quod illorum partium erat, magis prædicare, impu  
 gnant. Putaram equidem, hunc qui Episcopatum desyde 1. Tim. 3.  
 raret, bonū opus, piū atq; munus ambire. At hodie, prob  
 pudor, eō (ut uideo) uentum est, ut sit potius diuitias, re  
 gnā, uoluptatū architecturā, Satanae deniq; pompas, affe  
 ctare, quæ quidem omnia non secus quā scopulos quos  
 dam, cordatus quisq; Euangelicæ ueritatis ebuccinator,  
 execratur. Tantum abest, ut possit ambire. Non enim  
 uerbo dei destinatus minister, duobus dominis poterit ser 1. Mat. 6.  
 uire, mundo simul & Christo. Ex una fidelia duos line=  
 re parietes, utrisq; humeris gestare, id quod mihi non mo  
 do non probatur, uerum etiam ceu impijsimam impieta  
 tem quoq; detestor. Non enim temere Euangelici Verbi,  
 tuba, ceu spiritu Dei accensa, hæc loquitur: quod si homi  
 nibus hætenus placuisssem, Christi seruus nequaquam es Gala. 1.  
 sem. Hui, quam longe lateq; cum hoc electionis uascu  
 lo discordant, tamen citra ruborem. Christi se nuncu  
 pant imitatores, quiq; perpetuo in eo mansitent, quātum  
 uis interim eius uestigia & ignorent & negligant. Qui 1. Ioan. 2.  
 enim dicit, se in eo manere, debet sicut ille ambulauit, &*

EXPOS. IUSTITIAE

1. Cor. 4. ipse ambulare, qui clamet potius cum Paulo: Sic nos ex  
 Lu. 12. istimet homo, ut ministros Christi & dispensatores mys-  
 Tit. 1. teriorum Dei: non Principes, Satrapas, mundanaq;  
 2. Pe. 4. gloriae affectatores &c. Tum si penitus introspecta-  
 tur, nullis merito ab Ecclesia merces debetur, praeter uer-  
 bi D E I ministris. Nemo siquidem pascit gregem,  
 2. Cor. 9. quin & de lacte gregis manducet. Caterum Sacrificu-  
 los illos nihil moror, qui sub Religionis praetextu ex pere-  
 grino labore uictitare student, atq; mortuorum huiusmo-  
 di sacrificijs saginari. Abite idcirco, meum etenim non  
 est hac de re amplius ferre sententiam. Deus autem opi-  
 mus maximus uerbi sui perpetuum praestabit defenso-  
 rem, quo citius coelum & terra ruat, necesse est, quam in-  
 de uel apex. Is enim extremo in iudicio uentilabro, uel  
 Lu. 3. solus repurgaturus est triticum a paleis, quibus adinu-  
 Mat. 3. & 23. cem nihil esse commune, Propheta exclamat. Quare ad  
 Hier. 23. tempus usque mesis, sinite crescere & triticum & pale-  
 as, ne id forte uestra industria assequamini, ut triticum  
 una cum paleis euellatur, id quod hodie quoque uobis u-  
 Apo. 22. su uenisse conspiciamus. Sinite igitur, ut qui sordent, sorde-  
 Psal. 69. scant adhuc, ac apponant iniquitatem super iniquitatem, quousq; ad  
 Ro. 14. & 15. impleant mensuram patrum suorum Hos, inquam, ferte,  
 15. in fide, donec aut resipiscant, aut spiritu suo uertigi-  
 Esa. 19. nis, ceu rota, semetipsos ad sui interitum praecipites  
 Ioan. 10. dedant. Atque qui hodie nec uocati, nec missi cursuant,  
 10. ultroque se ingerunt, donec D E V S pedes eorum  
 irretiat, ne amplius intra septa ouium CHRISTI,  
 quema

quemadmodum lupi, fures, & latrones, irruere, atque  
 gregi nocere queant. Hic ille pater familiás perpetuis *Mat. 20. et*  
 uobis precibus interpellandus erit, ut operarios spiritus *9.*  
 uatico munitos, in messem mittat, immo trumat. Ni e- *Psal. 50.*  
 nimis edificauerit muros Hierusalem, ac ciuitatem dem *Eccl. 12. 6.*  
 custodierit, frustra nimirum sudatum fuerit uestris co- *Lu. 15.*  
 natibus. *Quin orate sine intermissione (spiritu, in-*  
 quam, qui solus pro uobis assidue interpellat) **DEVS** *1. Thef. 5.*  
 ut munit potenter suos, igneo Verbi sui chypco, atque *Roman. 8.*  
 det uictoriám his, qui gladio nunc spiritus sui, aduer- *Psal. 90.*  
 sus demonium hoc meridianum, spiritus procellarum, ne *10. et. 147.*  
 bulam atque pruinam, confidenter pugnant, eos atque *Esa. 9.*  
 ceu pupillam oculi, sub umbra alarum suarum iugiter de- *Hiere. 5.*  
 fendat, ac omni armatura cœlesti undiquaque munit, &  
 cetera Verbum deinceps urens, quemadmodum ignis, *Psal. 30.*  
 populum, ut ligna, adco eius sermo uelociter currat, ut *1. Cor. 3.*  
 erubescant, atque confundantur omnes aduersarij eorū, *Mat. 13.*  
 nec ultrà habeant quid, quod reclamare queant. Nisi  
 enim is dederit incrementum, nec qui plantat, nec qui  
 rigat, quidquam sunt. Quandoquidem homo ille inimi-  
 cus, dormiente patrefamiliás, triticum zizanijs, asper-  
 sionem dem fermento adco impie corrumpit, & cetera.  
 Postremo: Nihil sit, uos ultrà quod possideat, solictos,  
**DEVS** etenim, qui pascit israel, id est, creden-  
 tes, & deducit uelut ouem Ioseph, non sinet uos Verbi  
 sui inopia perire. Potens enim est, uel tacito Verbi sui

EXPOST. IUSTITIAE

afflatu corda uestra illustrare, eiusque uobis suauitatem exhibere, fremant, insaniant interim, quousque uelint, portæ inferorum, atque hypocritica sanctitas, animæ tamen obesse non poterunt, utcunque corpus innumris etiam suppliciorum generibus, interim premant.

Mat. 10.

Hoc quippe multo maximum uobis erit, uos certos esse, uos atque omnia uestra in manu esse omnipotentis DEI, circa cuius nulum ne minimum quidem fiat. Non igitur his reuelamini, qui nihil corpore antiquius possidentes, tyrannidem (tot retro seculis, demonum nimirum sufflatu excogitatum) mordicus adhuc tenent, simulat

Mat. 5.

que uos propter pallium aut tunicam, hoc est, mox peritura bona (quibus corpori duntaxat hic consultatur) impugnant. Mundus enim & querit & amat, quod suum est. Vos porro (ut legitimi filij Abrahæ, quibus longe alia promittitur hereditas) nihil huius caducæ hereditatis iactura contristet, ut quorum pars est

Ioan. 25.

Psal. 75. et  
72.

**M I N V S.** Enimvero qui spiritu uiuunt, & spiritu incedant, oportet, ac non inanis gloriæ atque auræ popularis efficiantur cupidi, ut inuicem se prouocent ac inuideant. Ita, ut nihil penitus mundum diligant, aut ea quæ in mundo sunt, tempus enim contractum est, superest ut qui habent uxores sint tanquam non habeant, & qui plorant tanquam non plorent, & qui gaudent, tanquam non gaudeant, & qui emunt, tanquam non possideant, qui utantur mundo hoc, tanquam non utantur.

1. Cor. 7.

tur. Præterit enim habitus huius mundi, si quis autem di-  
 ligit mundum, charitas patris in eo non est. Quoniam om- 1. Ioan. 2.  
 nne quod est in mundo, ueluti concupiscentia carnis, &  
 concupiscentia oculorum, & fastus uitæ, ex patre nõ est,  
 sed ex mundo, mundus cumq; iranseat, cum omni & or-  
 natu & concupiscentia sua, qui autem faciunt uoluntatẽ  
 Dei, manent in æternum. Nihil inquam idcirco sit, uos qd'  
 mœrore afficiat, ille spiritus sancti contristator Antichri Eph. 4.  
 stus, etiamsi & corpus & rem in uniuersum semel aufe- 1. Ioan. 4.  
 rat. Scimus enim, quod si terrenum huius tabernaculi do-  
 micilium, destructum fuerit, quod ædificationem ex Deo  
 habeamus, non quidem iam manufactum, quæ æternum  
 in cælis. Qui enim spiritu magistro, erudiuntur Christia 2. Cor. 5.  
 ni, non possunt non paterna hac uoce, sub cruce laboran-  
 tes, confortari. In mundo pressuram habebitis, in me autẽ  
 pacem & c. Verbum dico, domini rectum est, & omne Ioan. 16.  
 opus eius in fide, quod instar palmæ arboris, non modo Psal. 32.  
 non oppressori cedit, uerumetiam, aduersus hunc nuti-  
 tur atque resurgit. Patitur quidem non raro ueritas, 1. Cor. 13.  
 nunquam tamen opprimitur. Exaruit gramen, flos de 1. Pet. 1.  
 cidit, uerbum autem domini manet in æternum. Valete, Esa. 40.  
 mei; nominis perpetuo memores estote. Matth. 24.

## IUSTITIA SEIPSAM

alloquitur.

F 3 Quo

EXPOST. IVSTITIAE

**Q**uo magis magisq; cogito, eo magis admiror, qui  
 nam illos præterierim, cum & ipsis propriam  
 classem dedicarim, id quod iam primum in men-  
 tem uenit, nec memini me ex letheo interim amne bibisse.  
 At sanctitatis nomine deceptæ, forte in memoriam non  
 obrepfit. Arbitrabar enim, ut sua sponte sanos, meo anti-  
 doto nusquam indigere. Enim uero, re ipsa nunc compe-  
 rio, nullum hominum genus, æque à Christo esse alienum,  
 atq; animis obstinacioribus (ut spiritu inopes) contra sa-  
 cro sanctum Dei uerbum grassari. Adeo religio, per se ut  
 res est sane egregia, ita rursus ad quiduis uitij, re regen-  
 dum accommodissimum (ut uideo) est pallium. Illorum  
 enim interesse (quis est hoc qui ignoret?) huius mundi di-  
 uites elato ne sint animo adhortari, ne spem ponant in di-  
 uitijs incertis, sed in Deo uiuente, qui præbeat nobis om-  
 nia affatim ad fruendum, ut benefaciant, ut diuites sint  
 operibus bonis, ut faciles sint ad impartendum, libenter  
 communicantes, recondentes sibi ipsis fundamentum bo-  
 num in posterum, ut apprehendant uitam æternam &c.  
**1. Timo. 4.** Quid uero illorum admonitio (etiã si qui possent) habe-  
**Titum. 1.** ret ponderis, quos adeo misere, auaritiæ morbo infectos,  
 Satana sursum atq; deorsum parere, etiã in ostrina de-  
 cantant? Væ itaq; impudentissimis his canibus, qui ita sa-  
 turitatem nesciunt &c. Sed cesso eorum sortem pro-  
**Esa. 56.** lixiore eiulatu deplorare, mihi etenim satis est quòd non  
 ut Episcopus eos agnosco, quando tales sunt. Quin idola  
 rasa, simulachra, canes mutos, nescientes latrare, tantum  
 præterea

præterea, à ueri Episcopi distantes specimine, quantum  
 quod maxime, quærentes tantum (id quod mercenarios Ezech. 34.  
 decet) quæ sua sint & non gregis. Deus det ut & ipsi tan  
 dem, inter ueros Episcopos (quorū hodie copiosa messis,  
 maximam patitur penuriam) numerari queant, huic Matth. 9.  
 atq; iudici relinquatur, qui uel solus potens est, Luca. 10.  
 in sui eos cognitionem redigere, aut ceu uas  
 figuli, cum impio Pharaone, penitus Psal. 2.  
 confringere, quos secum hodie obtu  
 ratos conspiciamus, quo latius  
 Dei omnipotentis, & gloria Exo. 9.  
 & potētia propagetur, Roma. 9.  
 A M E N.

Roma. 9.

Si Deus pro nobis, quis  
 contra nos?

I. G.

F I N I S.

F 4



A 1222434



...entium in

**L**et esse ambi  
 ali amen.  
 sue ma ad ul  
 n omigalesi  
 ppetret adul  
 beat ut eate  
 tetet. Super  
 a crimina o  
 ant: ur bis  
 pssue nego  
 toribz incedi  
 is 7 inolato  
 o locum nrbz  
 nas 7 te ce  
 lacur elasi  
 rcoice ani.  
 ereant qua  
 mentent.  
 po nuntian  
 ni quia illas  
 fecerunt. 7  
 vgs. ij.  
 us ut quicun  
 erunt ma  
 ionē manu

**S**

...coicem in vob  
 untur qui tota  
 negotiatioe ut  
 namgio uctus  
 suis spoliare p  
 ranos; naufrag  
 quibz sin regul  
 o tenentur ee t  
 spoliant rebz suis  
 terint. excoise n

**A**lex. ij. p. no. m  
 n archiepitu rno  
 ulies xpianaz 7 p  
 eis abuti psumunt  
 dum occidere n  
 excessus hie  
 piscopi om  
 t. s. q. tales inus  
 stent.  
 etan. 7 eate  
 in dinoe 7  
 me utate  
 cessus q. moie  
 m hroz tebeant  
 resnes regie potat

988-89

